


Zur  
Gräfl.vom Hagen'schen

Majorats - Bibliothek



MÖCKERN

gehörig.

N<sup>o</sup> 2328

subl.

an 7a 1400

— oo  
llll  
oo  
dhen





L431

6  
M. ALBERTI WICHGREVI  
Hamburgi P. L.

CENTVRIA ANA  
GRAMMATISMORUM  
PRIMA,

Quorum Decades priores quinque,

*Magnifico, Clarissimo, & Doctissimo viro, DN.*

IACOBO BORDINGO,

J. U. D. celeberrimo,

*Illustrissimi Princ. Megapol: DN. DN.*

U D A L R I C I

CANCELLARIO vigilantissimo,

Reipubl. Lubecensis

CONSULI dignissimo.

Reliquæ verò quinque

*Clarissimis & Doctissimis viris, DN.*

BARTHOLOMÆO CLINGIO,

& DN.

ERNESTO COTMANNO,

I. U. Doctoribus eximiis, dicti Principis

Consiliariis fidelissimis, nec non Aca-

demiz Rostochiensis, publ. Pro-

fessoribus egregiis,

DICATÆ, CONSECRATÆ,

---

R O S T O C H I,

Ex officinâ Reusnerianâ, Anno ∞ b. CII.





*Viro Magnifico & clarissimo,*

Dn.

**IACOBO BORDINGO,**

J. U. Doctori excellentifs.

*Illustrissimi Principis Megapolitani*

Dn. Dn.

**UDALRICI,**

Cancellario fidelissimo,

Reipub. Lubecensis,

Consuli dignissimo,

*fautori perpetuum colendo.*

---

**IACOBUS BORDINGEUS,**

*avare.*

**DIGNUS ORBE, VOCABIS.**

---



*Eutonia BORDINGE decus, flos  
prime Lubeca,*

*Et Ducis ULRICI grande JACOBE  
jubar,*

*Inclute Pierii ductor gregis, inclute tutor,*

*Magne Deus juveni, spes requiesq. Senum,*

A 2

*Noftra*

Nostra pœtistici mittit tibi MUSA laboris  
 Dimidium, & Genio consecrat usq; tuo.  
 Quod si non cultu sese feliciter infert,  
 Da precor hanc veniam culte IACOBE mihi,  
 Vatribus Ausoniis certè acceptum ipse tulissem,  
 Si quod gloriola promeruisset opus.  
 Hec tamen in doctas descendere iudicis aures  
 Audet, & hoc titulo prosiliisse tuo;  
 Non ut in augusta crescat sapientia mente,  
 Non ut vel moneat vel morveat Genium,  
 Nam tantâ dignus quàm sis urbe, orbeq; cuncti  
 Sublimem ut prisca te adnumerent aevi,  
 Id tua nunc Pietas medio testatur in orbe,  
 Testantur laudis tot monumenta tua;  
 Sed nostris tanquam ex Epulis bellaria ponat,  
 Cum demptum ex aliqua parte Laboris opus,  
 Atq; tua cultos Sophia admittatur in hortos,  
 Et vigeat tanti freta favore DEI.  
 Hanc BORDINGE igitur, qui DIGNUS  
 ES ORBE, VOCABIS  
 In Sophia cultos inq; Favoris agros,  
 Equibus & flores, è quib; decerpas & herbas,  
 Quis texat tibi, quod non morietur, opus;

A. E. E. T. O.

A. W.

EPI-



EPIGRAMMA

*Ad clarissimum ac doctissimum virum,*

M. ALBERTUM WICH-  
GREVUM, Poëtam Laureatum,

&

Scholæ Pritzvalccensis  
Rectorem dignis.

*Primam Centuriam Anagrammatismorum  
edentem.*

CÆSARIS acta prius cecinit VVICH-  
GREVUS IULI,

Præstitit hinc HOMulis dulce patrocinium ;  
CORnelium in Scenâ lepidò produxit amiçtu ;

Mordaci lusit teque VETULLA sale ;

Nunc iterum exegit variato ANAGRAM-  
MATE pictum,

Centeno partu quod modò prodit opus ;

Ornat amicorum varios hoc carmine mores,

Nominibus tribuens omina certa suis,

Perge subinde aliquid proferre è divite vena,

VVICHgreve, & gratâ quod novitate placet,

Præmia sed meritis quis responsura reponet ?

Hinc famâ in cœlum te tua Musâ vehet,

Atque salutabunt meritò te, ALBERTE,

POETAM,


Cui nuper LAURO cinxit Apollo caput ;

JOHANNIS CONOVII civis

*Pritzvalccensis Notarii publici.*

A 3

LECTO-

  
LECTORI SALVTEM.

Tantum amice Lector, decurrit  
temporis, ut me unà cum Ana-  
grammatismis meis in ipsius obli-  
vionis insulas migrasse jures. En ta-  
men adhuc vivo, & mecum Ana-  
grammata. Quæ quod serius mani-  
bus & oculis tuis offeruntur, adscri-  
bes accuratiori limæ; adscribes mul-  
tiformibus in hoc pulvere scholasti-  
cò laboribus; adscribes deniq; meæ  
Veneri, cujus amore victus vix ma-  
num ad calamum. Quòd si igitur  
huic diutinæ moræ veniam concess-  
eris, & si non singula, nonnulla sal-  
tem probaveris; pol efficiam, ut  
Musis, conatibus nostris annuenti-  
bus paucis mensibus secunda subse-  
quatur Centuria. Eâ tibi & reliquos,  
quos huc usque in oculis & voculis  
habui,

habui, ac deinceps habiturus sum a-  
micos exhibeo. Interim hoc pro-  
dromò oblectare, Et me ama.

Sed heus ! quod penè oblitus, ne  
in perlustratione te moveat ordo.  
Ut enim ex chartâ virginali nomina  
oblata, ita & huc collocata. Studium  
quidem fuit, rationem uniuscujusq;  
honoris habere, sed quia dispensatio-  
ne eâ, in nonnullorum me odium in-  
currere posse videbam, paucis saltem  
prima adsignavi loca, ut ii essent ve-  
luti corpus reliquarum partium. Hoc  
te adhuc scire volui, tu vale. Pritz-  
waldiæ ex meo Museo. Anno  
M. DC. CI. Die FIDEI.


WICHGREVIUS.



A 4

Ada-





## I.

Baro in Putlitz, Electo-  
ratus Brandenburgici  
hereditarius Archi-  
marschallus.

Adamus Gaants

*avaz.*

Ad magna fatus.



Vigida Marchiadum, & Ioachimi stella Fri-  
drici,

Quis canat ingenii robora Adame tui?

Quis studium, laudesq; tuas equare canendo

Speret? Laus magnis debita magna viris!

Debetur laus magna tibi, laus maxima stirpi,

Vnus es ad magna & maxima quoq; fatus.

Altior ingenio quanto, & virtutibus anteis

Omnes, qui Dominum Marte vel arte juvant:

Tantò iusticià, tantò Pietate, Fideq;

Major es in magnis, major es in minimis.

Te sine nil magnum hinc mens incoat alta Fridrici,

Te sine nil magnum Principis aula facit.

Vive diu, minimiq;, Illustris Adame, clientis

Hos fatus hilari perlege fronte precor.

Joachim-

## II.

Nobilis,  
Præpositus  
Dabertinen-  
sis, D. D. U-  
daltrici con-  
filiarius, &c

Ioachimmus Bassevuitse

*avape.*

Io! tu si meus amicus, beas.

**I**ncluta nobilium BASWITZI fama parentum,  
Ingenium ad laudes qui trahis omne iuas,  
Nuncius ad nostras nuper voluiverat aures,  
Ingenii lusus perplacuisse meos,  
Vidisse, & nostrum te perlustrasse libellum,  
Et scholam homulorum sæpè probasse meam;  
Scilicet exilii, tollens pro more triumphos,  
Atq; aded mecum Musa iteravit, Io!  
Nunc alia aura mihi quiddam (ebeu) tristius adsert,  
Te modò damnatis lusbis ire retrò;  
Quando tibi dubiam retrahit sententia mentem,  
Num cupiam fama consuluisse tua;  
Num quoq; me brevibus Natura effinxerit armis,  
Et num te nervis ductilibus superem;  
Dispeream, Divùm generosa propago parentum,  
Et Megalepoleos fama decusq; soli;  
Si non divinos ferrem tibi latus honores,  
Virtutum soli nomen & omne darem;  
Ni me deficerent humeri si pondere tanto,  
Et vires promptum supprimerent animum;  
Tam latè extendit sese tua maxima Virtus,  
Nesciaq; æternùm candida fama mori.

A 5

Hinc

10 M. ALB. WICHGREVI  
 Hinc aded ingenii lubuit mihi mittere Lusus,  
 Candidulâ hosq; tibi mente sacrare jocos;  
 Non tamen hoc temerè; conamina nostra probârunt,  
 Quos ego suspicio jure & amore viri;  
 Quin ego ad exiguum succreui corporis augmen,  
 Tutius hinc potui hæc scripta dicare tibi;  
 Oro igitur dubiam Vir nobilis exue mentem,  
 Meq; patrocinio suscipe queso tuo;  
 Quid si tu meus esse haut dedignâris amicus,  
 Dicam undè verbò me IOACHIME, beas.

III.

Nobilis,  
 Phrysius.

Æmilius Flatro,

*divoxe.*

I. Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La,

**F**LATRO, flare juvet, foris dum flatus in ore est,  
 Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, canat omnis homo.  
**F**LATRO, si luisse juvet, lude, & simul aptè  
 Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, canat omnis homo.  
**F**LATRO si potare juvet, pota, & simul aptè  
 Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, canat omnis homo.  
 Hæc tria tu nosti, queis salve, dum valet aptè  
 Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, canere omnis homo.

Christo-

CENTUR. I. ANAGRAM. 11  
IV.

Nobilis Livo-  
nus I. V. D.  
& Historiarū  
Professor in  
Academia  
Rostochiana.

Christophorus Sturcyus,

*ἀναγρ.*

Tu hic prorsus Historicus.

**N**escio quid sperem? GERM ANIA nobilis armis,  
Virtute, antiquâ & qua fuit ante Fide.

Mobilis illa ruit armis, Virtute, Fideq̄,

Nec pudei exiis ausibus ire retrò;

Fleste oculos, pia mens, Sapientum ad templa serena,

Ei studio cascos solve revolve libros;

Non hæc GERM ANIS vecordia, non fuit olim

Militis alterius sanguine parvus honos.

Ipse suâ dextrâ Magnò cognomine CARLVS,

Hostes Ausoniò rure fugabat evans;

Cujus ad exemplum totus post viribus ordo

Heroum, audebat Martia bella sequi;

Discere tunc Virius sub pace fideliter artes,

Martia in hostili ponere castra locò;

Nunc confisi opibus nobis blandimur, & inter

Summa Voluptates vivere militia est.

Sic modò inequali spirat Dea lubrica statu,

Æquatas rerum temnit & illa vices;

Aut certè Christum fœdis offendimus actis,

Vi nos justa premat vindice pœna pede;

Quisquis es, hoc tentans nimium marcente veterò,

Hortamen linguâ contemnerare duplex;

*Inspi-*

52 M. ALB. WICHGREVI

*Inspice* CHRISTOPHORI, *praecepta illustra* STUREI.

*Aureolò hòc doctâ quæ dedit arte librò ;*

*Quem si tu vigilans iterumq̃, iterumq̃, diurnâ, &*

*Nocturnâ volvas, me monitore, manu ;*

*Dices ; Heroum res cunctas juro peractas,*

*Hic mihi TVSTVRCI PRORSVS ES HI-*  
*STORICVS.*

*Atq̃, aded talis, cujus sub pectore sedem,*

*Clio, Calliope, Suada, Themisq̃, tenent.*

*Et nova sic subito retrahet sententia priscam*

*Mentem, cum Clariis patribus atq̃, viris.*

*At tu macle tuâ Virtute Laboreq̃, STVRCI ;*

*Dumq̃, licet plures pangere, pange libros.*

V.

Nobilis Po-  
meranus  
Confilia-  
rius.

Henricus Bilovius.

*avaz.*

I ! Huc verus Nobilis.

**I**ncluta Nobilium suboles HENRICE parentum,

*Atq̃, BVGISLAI firma columna Ducis ;*

*Non tua Majorum titulis innixa recumbit*

*Gloria, nec priscis gestit imaginibus ;*

*Verum magnificos virtute antecire parentes*

*Mens studet, & proprium poscere laude decus ;*

*Hinc tua non fastus præcordia possidet, ulli*

*Non renuis clarâ pargere fronte manum ;*

Nimi-



CENTUR. I. ANAGRAM. 13

Nimirum inde doces, quæ sis natalibus ortus ;  
 Quæ sit & inde doces incluta Nobilitas ;  
 Scilicet haud tumidæ voces efflare superbas  
 Pectore, inæquales temnere, ferre pares ;  
 Sed pariter cunctos fronte exhilarare modestâ,  
 Virtutem & stirpi præposuisse suæ ;  
 Nam quid Nobilitas expers Virtutis ? inanis  
 Gloria, quin propius sumus inanis ea est ;  
 Quod si pensicules nomen, tum nobile scortum  
 Dicitur, interdum nobilis ipse Latro ;  
 Huc i tu BILOVI igitur, livore gemente,  
 Semper idemq̃, animus quod tulit ante, ferat ;  
 Nobilis hinc verus fueris, semperq̃, manebis ;  
 Nobilis & verus post pia fata ; Vale.

VI.

Doctor Theo-  
 logiæ, & Pro-  
 fessor in Aca-  
 demia Rosto-  
 chiana.

Valentinus Schachtius

ἀντιπρ.

Nunc huic fit salus à te.

SANCTA VALENTINI, SCHACHTI ve-  
 nerabilis heros,

Ecce refulsit heri candido ab axe dies.  
 Nec tibi de dicto sum nomine fausta pre carius,  
 Nec fuit ulla tuam visere cura domum ;  
 Peccatum ; fateor, miserum ergo vel ipse Poëtam  
 Vno multabo stans pede versiculò ;

CHRISTE

14 M. ALB. WICHHEVI  
CHRISTE VALENTINO rectè vixisse negatum,  
Huic ergò à te iterum fit rogo, CHRISTE salus.

VII.

Thômas Francius

*avaz.*

I. U. Doct̃or,  
& Professor in  
Academia Wi-  
tebergenſi.

Næ huc mas fortis.

Sumas frena citò.

Sors vincet fama.

QValiter audaces per amœna vireta Caballi  
Hinniiū strepituq̃ solent, absente magistrò  
Luxuriare ferò; at motos componere fluctus  
Rursus, ubi Rector solitas iniecit habenas:  
Sic suboles vel cuncta, rapit sua quamq̃ Libido,  
Quando carent qui sceptrâ tenent, ut fasq̃, nefasq̃  
Inquirant, legumq̃, malos examine plectant;  
Publica sed rectè tunc res sibi constat, & urbes  
Pace vigent, populum cum quos penes alia regendi  
Vis & norma, cluent justò moderamine præsto,  
Armaq̃, FVSTICIÆ scepro CLEMENTIA monstret.  
Hac tibi nunc FRANCI, legum scitissime FRANCI,  
Et constans Furis custos, hac mente sagaci  
Sunt meditanda die, Magnus quâ Majus honores  
Magnificos tibi largitur, te teq̃, salutat  
RECTOREM, Imperium rectè ut te floreat aquò  
Iudice, Musèâ & currente in tramite rectò

Pubè;

CENTUR. I. ANAGRAM. 15

*Pube; potens fasces ergò cape, & exere vires.*

*En! Dea qua forti se jactat nomine in orbe  
Ponè sedens, tales latò jacet ore querelas!*

*Næ mas huc fortis, namq; ardua pectoris illi  
Arx, & nomen habet forti quod pectore dignum.*

*At pia IVSTICIA his mox vocibus excita, FRANCI  
Hei FRANCI, ingeminat, sumas citò frena, Scholamq;  
LEVCOREAM regere; & cives servare memento,  
Qui te oculis servant, tua qui praecepta capessunt.*

*Sic ait; atq; Iovis subitò FORTVNA quadrigis  
Advolat, & FRANCI, clamat, vir maxime, salve;  
Salve, & magnificà, Livor licet audiat, aurà  
Viere ter felix, ruet heic temeraria laudum  
In lucem, egregiam sudans extinguere famam  
Multa cohors; Sed fors vincet convitià fama.*

*Maeste ergò hoc FRANCI, jam nunc nove Reçtor bo-  
Dits tibi supremos largè indulgentibus annos. (nore,*

II X.

Nobilis  
Styrus,  
Iurecon-  
sultus.

Fridericus Rauhanpergerus,

*ἀναγρ.*

Peregrinus? curre, dira fraus.

**Q**uem FRIDERICE tibi nostram communis urisq;  
Testem animi, ALBERTVM linquere jusit A-  
Sui licet exiguo vel nullò penè colore (mor,

*Tinçus, ut eximii resseram Amoris habe.*

*Si pro-*

16 M. ALB. WICHGREVI

*Si properas mundi varias peregrinus ad oras,  
Urbes & mores visere cura subit;  
Curte, nec ad multas unquam mens gestiat horas  
Publicè in ignotis fortè manere locis;  
Nam quocunq; pedes ducunt, vel flectis ocellos,  
Solum hoc fraus regnum tempore dira tenet.*

IX.

I. U. Doctor, &  
Professor in A-  
cademia Rosto-  
chiana.

Albertus Heinius,

*avape.*

Salve, urbi nites:

**D**Vm tu declamas quæ sit Censoria Iuris  
Regula, sit Criticis quamq; colenda viris.  
Plenius & melius Baldôq; & Bartolô, acutis  
Dicere te Themidos grex sonat ipse viris;  
Cum quodd cum primâ Virtus maturuit in te  
Luce, animis summis qua venit ante diem;  
Tum quodd Suada tuò sedem sibi fixit in ore,  
Inq; ipsâ fertur mente habitare Themis;  
Non tu retrogradò tentes insidere Cancrò,  
Pro Cancrò at tellus fac tua cernat Equum;  
Urbi sic ALBERTE nites, patria atq; nitebis,  
Hincq; adeò salve, & currere ceptet Equus.

Mar-

MARGARETHA  
Margaretha Bunsovia.


ἀναγρ.

Doctoris Io-  
hannis Bunso-  
vii olim uxor.

Sum orba, grana vitæ,  
At resurgam bona via.

**H**ic status, hæc lex est nostri miserabilis avi,  
Quam prece vel precid' flectere nemo queat.  
Subsequar, ipse præi; sic ibimus, ibitis, ibunt,  
Mors hodie mihi, Mors cras tibi claudet iter.  
Sic messes; Mors ante duas furibunda Marito  
Parcere (vab!) vitæ nescia, clausit iter.  
Vnde igitur lacrumans raptò velut orba maritò  
Ingemui, vitæ quis mihi pandet iter;  
Audijt hæc vitæ dator & Bellator Averni,  
Et mihi jam vitæ ad gaudia pandit iter,  
Pandit iter vitæ, quamvis denata relicta  
Fortuna, octonâ desceor à subole;  
Sisle pios gemitus, lacrimas suspendito proles,  
Lugubri, fateor, sum tibi rapta die;  
At non perpetuum nostrò privabere visû  
Inter enim vitæ grana sepulta nova,  
Vt terris excita DEI clangore, resurgam,  
Ingrediarq; bona cœlica regna via.  
Illic invenies matremq; patremq; sedere,  
Eternæq; decus carpere læticia.

B DECAS

  
 DECAS ANAGRAM-  
 MATISMORUM  
 SECUNDA.

## I.

Consul Pritz-  
 vvalccensis ve-  
 teris Marchiæ  
 & Prignitiæ  
 Quæstor.

Bartholomæus Diterus,

*ἀναγρ.*

Mea dos, virtus & labor.

**S**Vnt mea dos labor & virtus, virtute, labore

*Quisquis opes querit, rem facit ille ratam.*

*Immo, si excutias perpensa examina, gratam*

*Rem facit ille DEO, rem facit ille sibi.*

*Nobilius nihil est, nihil est Virtute Febora*

*Carius, ipse labor vincere cuncta solet.*

*Hac igitur duplici tibi dote triumpho superbus;*

*Hac duplici dote hinc sidera celsa petam.*

## II.

Philosophiæ &  
 Medicinæ Do-  
 ctor, P. L.

Ianus Diterus

*ἀναγρ.*

Ritè diu sanus.

**M**Os vetus est Trevo, prisca hunc coluere parentes,

*Et servant nostri sedulitate Patres;*

*Si quis multiugos populos & regna peragrans,*

*Virtutis studeat semina nosse novæ;*

CENTUR. I. ANAGRAM. 19

Praeq; aliis sudet sacris opulescere Gazis  
 Et vigili aeternum mente parare datus;  
 Hunc reduce quos dapillus Fortuna beavit,  
 Excipiant laetò pectore & ore citi.  
 Insuper & mittant generosi pocla Lyai,  
 Vel (magè quod gratum) pondera fulva duint;  
 Quis pro firmatâ, Genio indulgere, salute,  
 Laticiaq; juvet rite sacrare diem.  
 Hunc quoq; religio mihi IANE DITERE tenera  
 Morem, mos datus ut floreat usq; ab avis;  
 Sed mihi non vinum, non aurum, hinc accipe mentem  
 Pro Bacchò, ac auri pondere carmen habe;  
 Carmen habe indoctò quod quamvis pollice ductum,  
 Id tamen egregium poscit honoris opus;  
 Poscit honoris opus, poscit Sapiencia, poscit  
 Ars tua, mosq; tuus, frons tua, sermo tuus;  
 Sunt quos Socraticis juvat impalescere chartis,  
 Moribus ut poliant pectus & arte rude;  
 Sunt quos acclinesq; polos & sidera cuncta  
 Per varias terras discere cura tenet;  
 Sunt qui mirati divinum opus omniparentis  
 Natura fortes artificesq; manus;  
 Scire student liquidò vel quidquid in aère, quidquid  
 In terrâ: in monstroso edideritq; mari:  
 Multos praeteriti studium quoq; temporis ingens  
 Exercet, crebrò curaq; magna coquit,  
 Quandò Roma ferox Latiumq; & Gracia, quandò  
 Prostrârunt acies robore Barbarica;

Qui mores hominum, quis sit status urbium, aviti  
 Exuperent ritus pondere quodq; novos;  
 Invenias etiam dulcis quos gratia lingue  
 Ornârunt laurû tempora dia sacrâ;  
 Invenias quos clarorum consortia vatû  
 Laudis ad antiqua templa serena vehant.  
 Nec paucos, vires herbarum usumq; medendi  
 Quod ndrunt, videas progenerasse viros;  
 Nec refert hilum, quis sit natalibus ortus,  
 Sidere quod natus quem Geniumq; ferat;  
 Ast agrè tribuens Natura hac singula cunctis,  
 Obtulit en ultro dona DITERE tibi.  
 Prodigæ donorum sic & profusa suorum  
 In te FANE fuit, & manet usq; tibi;  
 Ut neq; tot niuidis sint liora sparsa lapillis  
 Ut neq; tot flosclis pascua odoriferis;  
 Quot tu Musarum inclarescis laudibus unu;  
 Artis Apollinea ceu quoq; honore viges;  
 Scilicet hinc omnis te modo suspicit ætas,  
 Teq; vocat magni spem requiemq; Patris;  
 Quem sic virtutum, quem sic palmâ exprimis artis,  
 Alterum, uti testem, laudet uterq; suum;  
 Te canis, juvenem polcrè florentibus annis,  
 Gaudet preferri docta senecta, suis;  
 Invidia sine, te equales mirantur, & optat  
 Consimiles natos vir sibi quisq; dari;  
 Cresce potens igitur tam largò munere Divûm,  
 Cresce tibi sanus rite DITERE diu!  
 Cresce tibi, magnoq; patri, patriq; DITERE;  
 Eo Natura parat maxima, cresce tibi.



Reipub. Pritz-  
vvalccensis Se-  
nator & à Se-  
cretis.

Ianus Chemnitius

ἀναγρ.

En intus amicus ! I!

**V**erum si vetus est censoria, Regula, verbum;  
Verum, qui in dubiâ re iuvat, esse φίλον;

**CHEMNITIVS** verum veri exemplarium Amoris,

Quod decet ingenuos sub coluisse viros ;

Vix mihi cum cæcas pigro marcere lacunas

Lapsus ab obsessis presserat humor oclis ;

Vix mihi tres poteram totâ promittere in urbe,

(Nimirum moris conscius ipse mali !)

Quis ego quassatas memorarem in corpore vires,

Poscens ancipitis dulce salutis opus ;

At me multa virum juvenumq<sub>2</sub> invisere turba,

Solamen gratâ dexterâ & ore ferens ;

Adde quod & vita melioris quisq<sub>2</sub> spondit

Fata, terens fidis tempora dura jocis.

Scilicet his cunctis gratum me mancipio servum,

Et stabili antiquam spondeo mente fidem ;

**CHEMNITIVS** tamen hos inter vel maximus omnes

Est visus nostris intus amicus oclis ;

Hei ! quoties certam nullo spondente salutem,

Spem mihi tu. vitæ consiliūq<sub>2</sub> dabis !

Hei ! quoties mea cum ubi somnia mille referrem,

Quæ tulerat cursu concita turba S O P O R,

B 3

Dul.

Dulcibus alloquitur suspiria mæsta verabas,  
 Tristibus & longas noctibus esse moras;  
 Hac, cibus, hac potus, compressa sedilia faucis  
 Et ventris, solum IAN reparare tuus.  
 Credo ego te Medicum quod provida cura IEHOVA  
 Languidulū voluit corporis esse mei!  
 Quidquid enim vita rursus melioris adeptus  
 Acceptum CHRISTO hoc & refero omne tibi;  
 Atq; utinam grate hauri indebita symbola mentis  
 Sufficeret gaze reddere cysta mea?  
 Promtius ad talis nova gaudia muneris irem,  
 (Ingenuo verum si licet ore loqui)  
 Iret in amplexus quàm si optatissima virgo,  
 In cuius mores dicere fama nequit;  
 Sed mihi adhuc desunt vires, nec spreta supellex,  
 Quod meruit Bonitas reddere IANE potest;  
 Ne tamen ex aliquâ non constet parte voluntas,  
 Materies grata carmina mentis erunt.  
 Qualia tu dices? pro longâ IANE salute,  
 Queis ego queis Parcas sollicitaro, tuâ.  
 Vos ô quas penes est vitæq; necisq; potestas,  
 Vos ero faciles in mea vota date!  
 Flectere si nequeam precibus tam ferrea jura,  
 Queis vos humanum carpit usq; genus,  
 Carpite Larrones, Comedones atq; Bibones,  
 Carpite queis Virius dicitur esse nefas,  
 Carpite Luciferum tandem, claudamq; Vetullam,  
 Que mihi prob nimîâ garrulitate nocet.

Parcite

CENTUR. I. ANAGRAM. 23  
Parcite CHEMNITIO, vos parcite deniq; cunctis  
Qui re VVICHGREVIO consilioq; favent;  
Parcite fautorum vitam fraudare, secundus  
Vivat & in Fylii tempora quisq; senis.

IV.

Iohannes Siebrandus

I. V. Doct.

avazg.

En dius heros ab annis.

SCilicet atatis vel primò ex limine signa  
Vis Genij, aut vicij aut Virtutis plurima prodit;  
En hodie exemplo est IANVS SIEbrandus, ab annis  
Qui teneris matri præbens manifesta futura  
Gaudia Virtutis, non sese adungere feci  
Mundane, sed se ante—nigris futoribus, atri &  
Vulcani—ponens sociis, caput attollebat,  
Quâq; incedebat dius fulgebat ut heros  
Inter honoratos augusta lumina gentis.  
De nihilo baud fuit id, mentem que exivit in altam  
Promeruit paucis præclara Brabea sub annis  
Sublimis Virtus, Doctoris freta decore.  
Hanc postquam juvenes & suspexere puella  
Noster erit juvenes, noster dixere puella;  
Doctus erit IVRIs, veri & Præceptor Amoris;  
Audiit hæc inter medios educta calores  
ANNula SCHILLingi docti patris unica nata,  
Gallico & extemplo concinnè os carmine solvit;

B 4

3ii

Su vester, Iuvenes, su vester cedo, puella,  
 SIEBRANDus Doct̃or Legum & Præceptor Amoris;  
 At tantum in medijs vobis (sic posco) diebus.  
 Nam mihi nocturnis sub lect̃o manserit horis,  
 Et Doct̃or Iuris, iusti & præceptor amoris  
 Adfensere simul iuvenes ipsaq̃, Puella,  
 Quæ per VVICHGREVIVM mittunt gratantia verba.

## V.

---

 Iacobus Alemannus,

I. V. Doct̃or.

*évazε.*  
 Cuius laus & mens bona,
 

---

**D**icebam Musa! Cuius est laus & anme ALEMANNI  
 Ex cuius Genio Mens bona tota nitet?  
 Sic ego; quando Themis mihi talia reddere; Nomen  
 Enuclea, & vates, me duce, verus eris.  
 Mens bona, iusta, pudens, prudens, quæ libera voce  
 Dulcisona, & scite verba ligata fluunt;  
 Hinc ausus nuper conscendere pulpita, pullis  
 Et dare Musicolis, mens bona quod dederat.  
 Si foret hæc cunctis nostris mens Enthea alumnis,  
 Miror ego! seclum nunc—modo quale foret.

## VI.

I. V. olim  
Doct̃or

---

 Iohannes Bunsovius,

*évazε.*  
 En nobis sanus vivo.
 

---

**H**ei res quam gravis est, mundo nimis esse beatum,  
 Et veri & juris praesidem in orbe virum;  
 Quantum odii illius, quantum sibi vita cohortem  
 Dirarum telis colligit ista feris;  
 Non locus est, non tempus eam quo care fugasse  
 Vel si mille modis aggrediare, queas;  
 Quo te cunq; pedes, vel quò via ducit! & illuc,  
 Insidia comites sunt cito quæq; tui.  
 Inq; fora, inq; nemus, vel agros fors ibis? & illuc,  
 In pia templa gradum ferrè parabis? & huc;  
 Si notos malè viventes invisis, & illuc,  
 O ingrata manus pone sequetur, & huc;  
 Spectatum ludos si forsitan ibis, & illuc,  
 In thermas properas, vel nova balnea, & huc;  
 Deniq; quod natura jubet, cispellis? & illuc;  
 Ad lectum somnus te vocat alius, & huc;  
 Tantù oneris Themidos didicisse est gnaviter artem, &  
 Hâc juvisse bonos, hacq; fugasse malos;  
 Non laudata mei deducti temporis acta,  
 Nec memorare juvat simplicitatis onus;  
 Me tamen ex genere hoc, dius quod sæpè popellus  
 Suspicit atq; colit, profutuisse scio;  
 Atq; hinc damnari curvam turbam orbis & oroi  
 In mea misisse hac viscera virus edax;  
 Sed benè habet, nolito tuâ cum prole, marina  
 Ah! toties nobis ingeminare, Redi?  
 Omnes jam scopulos vici abruptiq;, coactus  
 Quas ego quas tristes ducere in orbe moras;

26 M. ALB. WICHGREVI

Fessus ego, depressus ego, ut mihi vita negaret  
 Flatum, fundebam talia verba DEO;  
 Summe Deum te si qua mei miseratio tangit,  
 (Nam quâ sum positus conditione, vides!)  
 Solve oro, me solve meis, pater optime, vincis,  
 Et mihi da vitâ liberiore frui.  
 Vix bene deseram, & vox hæc allapsa Teboæ,  
 (O nox quàm felix lux fuit illa mihi)  
 Et migrasse gemis mea MARGARI corculum IANVM!  
 En nobis sanus vivo, triumpho; Vale.

VII.

Philosophia  
 M. & Ecclesia  
 Sueringensis  
 concionator  
 aulicus.

Ioannes Neovinus

dvxxj.

O! en vives in annos.

CLare Vir, in docto tua concio nata cerebro,  
 Omnis & Angelicum pagina spirat opus;  
 Nil habet angusto quod mordeat ordine cretos,  
 Nil tristis Momus quod reprehendas, habet;  
 O idem Mystas ageret si spiritus omnes,  
 Vnaq; mens cunctis vera docere foret!  
 Anceps pugna cind de Relligione jaceret,  
 Efferet & in sanctis gratia vera visis;  
 Nunc retrò in varias currit sententia partes  
 Omnium, & omne caput palmam habuisse cupit;  
 Hic culpat juvenes, alius mox culpat adultos,  
 Corrector proprium nec videt ipse malum.

Infrica

CENTUR. I. ANAGRAM. 27

Inspice corrector tua crimina, parcus oro  
 Alierius mores carpere perge ferox;  
 Non semper tractat virtutes serior etas,  
 Interdum juvenis censor & esse potest;  
 Quem noto, mi notum, sed non licet addere nomen,  
 Prom<sup>o</sup> tibi de docto gratulor ipse libro.  
 Scilicet hoc seros en vives clarus in annos,  
 Veraq; post cineres fama superstes eris.

VIII.

Philosophiæ  
 M. conciona-  
 tor aulicus Ec-  
 clesiæ Suanen-  
 sis.

Reinerus Brocmannius,

avæge.

Nunc eris ramus in orbe

**R**egius orator que tradidit ordine RAMVS,  
 Nunc quibus indulget qui cupit esse Coq̄s,  
 Omnia se ad punctum didicisse & scire fatetur,  
 Ille meus SCANDO qui sine B Bonus est.  
 Quando opus est linguâ & Romani Rhetoris hastâ,  
 Vix potis est punctum dicere SCANDO meus;  
 Exoritur risus! SCANDO indignatur & infit,  
 Omnia quis mentis promere sensa valet?  
 Credo ego me totum finxit Natura Timacem,  
 Vos quem IGNORACEM creditis esse viri.  
 Hoccine REINERI rimari atq; omnia scire est?  
 Hoccine responsum sponse perite bonum?  
 Quid prodest, si non vaginâ liberet, ensis  
 Militi, & haut pereat seruet inerte situ?

Plurima

Plurima quid prodest committere semina, & ipse

Nisi nisi cum spinis gramina reddat ager?

Oscine te credo natum meliore sacerdos,

Semper cui scire est plurima, scire nihil.

Scilicet hinc scimus te plurima scire, meumq;

SCANDONEM Rami vincere ab arte Cæphæ.

Scis methodum hanc, methodus sed adhuc tibi maxima

Quam tibi præscribet MARGARIS in thalamo. (restat,

Hanc quoq; si disces, ramos trudendo novos

In toto ramus nunc eris orbe mibi.

Incipe sponse Deo per vota novelle vocatõ,

Et methodum duplicem mox tenuisse juvet.

## IX.

Philosophiæ M.  
& Ecclesiæ Sün-  
derburgenſis  
concionator au-  
licus.

Iacobus Schorus,

ἀναγ.

Hu! os; coruscabis.

Qvem pia fata vocant, nec ceu Lupus intrat ovile,  
Nimirum vita conscius ipse sua.

Nec prece Amicorum rapit ad se sacra, gregisq;

Nomen Apostolicum divinis are petit.

(Ceu passim videas jam nunc venalia sacra,

Et pluris duci gratiam opesq; DEO.)

Is poterit Christi non servus inutilis esse,

Et sibi commissas pascere solus oves.

Nec negat is pecoris causâ vitare dolorem

Servandi, non hunc ulla pericla movent.



Ille coruscabis si non in pulvere terra,  
 Attamen in Iova, ut splendida stella, domo.  
 At quemcumq; favor diumq; pecunia juvit  
 De cathedrâ ampullas ore tonare DEI,  
 Nec tamen aut rerum causas aut pondera novit,  
 (Scilicet ô patrii portio grata gregis)  
 Is licet exclamet, ceu Sientora vincere vellet,  
 Et pulset cathedram terq; quaterq; suam;  
 Is licet oblongo deverrat Syrmate terram,  
 Et nasò cælum tangere tentet, Io!  
 Is licet huic ingens dependeat undiq; barba,  
 Qua barbâ barbam vincat Aristotelis;  
 Ille lyram est tamen ad Christi usq; misellus Asellus,  
 Est Lupus, est Vulpes, Sus, Canis, atq; Latro.  
 Cui Deus inclamat, Venisti perfide, nulli  
 Missus, & intrasti sur velut, atq; latro;  
 Felix ô igitur, felix multumq; beatus  
 SCHORE, heic tranquillò cui licet esse animò,  
 Non etenim favor, aut magnorum dona decorum  
 Scandere fecerunt te hoc decus eximium:  
 Sed tua Laus, Virtus, Doctrina, Modestia morum  
 Imposuere tibi muneris illud onus.  
 Quare agè doctrinâ suffulci Principis aulam,  
 SVNDERburgiaca est Arx ubi structa, tui.  
 Qui te Rostochium duxit, jam jamq; reducit,  
 Is bene cuncta facit, fecit is, & facies.  
 Tu tantùm os aperi, & mordaces comprime linguas,  
 SCHORE coruscabis, quid sono? SCHORéne abis?  
 Mar-

Doctoris  
Bartholdi  
olim uxor.

Margareta Cychleriana.


*avazp.*

In cœli arce mira gratia,

**G**ratia que in terris splendescit, gratia nulla est,  
Mira sed ð cœli gratia in arce nitet!  
Ipsa hodiè exemplo sum CYCHLERIANA, abortiva  
Qua ablato in lacrimis auferor ipsa meis.  
Hic poteram vixisse diu, superesse marito,  
Esseq; filiola gratia vera mea.  
Nè disturbassent mea stamina fixa dolores,  
Clauisissent animam nè pia fata meam.  
Nunc dolor & rapta mala desperatio vita  
Hei! misera vegetos comminuere dies.  
Discite matrona rebus præferre caducis  
Spem longam, & vita tempora dura brevis.



DE.



DECAS ANAGRAM-  
MATISMORUM  
TERTIA.

## I.

Sabellus Chemenitius,

*ἀναγρ.*

En bellus mysta huc es.

Sabelleus Chemenitius,

*ἀναγρ.*

Hem! Lucis tuis sine labe.

M. lib. art.  
Veteris Mar-  
chiz Super-  
attendens.

**M**ista verende Dei, Lux, Dux hominum, Deūm q̄,  
Quā vetus & celebris, Marchia structa jaet,  
Hem! lucis sine labe tuis, SABELLE, popellis,  
En igitur mysta huc bellus es inde pis;  
Stendalium sonat id, tonat id Salixquedula, dicit  
Werbia, restatur Carlebiana cohors;  
Tangermunda tuum canit atq; Shebusia nomen,  
Atq; Osterburgum te decus omne vocat;  
Salve sancte senex, sacra lux magna caserva,  
Quodq; cupis regnum, post pia fato, cape.

Daniel

Daniel Crammoerus.

ἀναγ.

Philoso-  
phia Mag.

Declina, merus-amor.

Vates &amp; Sponsus colloquuntur.

- V.** **T**E varios casus scio declinasse, sed olim;  
Declina nobis nunc amor oro merus.
- S.** Si bene te novi, mea declinatio prima  
Auribus est vacuis grata futura tuis.
- V.** Incipe Sponse citò, quoniam convenimus ambo,  
Ipse præi linguâ, mox ego fuisse sequar.
- S.** Me MERVS—ELTSÆ VVICHgrevi tangit & angit  
Seu sto, seu sedeo, seu proficiscor—AMOR.  
Iuro MERI—plenum est COR; plenum pectus—AMORis,  
Quò me ELTSA sub cogit in imperiò;  
Ipse MERO—ELTSÆ nunquam valedicere—AMORi  
Sufficio, tenera hæc dum calor ossa reget.  
Oro MERum—ELTSÆ hunc foveas constanter—AMORis,  
O MERE—quàm nostrum pectus aduris—AMOR!  
Ipsa MERò—à tali, lapis es, si cedis—AMORE,  
Sai declinavi me MERVS—urit—AMOR.
- V.** Non satis est, etiam pluralia nomina promittè  
Flecte, ut te videam num MERVS—urat—AMOR
- S.** Nomina plura tibi sum declinare paratus,  
Sed te nil turbet hic MERVS—hortor—AMOR.  
EVGE, MERI—in niveo saliant mihi pectore—AMORes,  
Qui mentem pungunt nocte dieq, meam.

Euge

CENTUR. I. ANAGRAM. 33

Euge MERORVM-audax salve mihi mater-AMO-  
lugiter & nostras perge fovere facis. (RVM,

Namq; MERIS--Venus ô cultissima--AMORIBVS  
Si invidias, nunc vir, postea nullus ero. (hisc

Ipsa MEROS-etiam si extinguas pectore-AMORES,  
ELTSA hoc mores perdet amore suos.

Spero MERI-tamen heic vivetis semper-AMORES,  
Hinc ego cum ELTSA vivo triumpho mea.

Atq; MERIS-nunquam hinc defessus-AMORibus ibo,  
Donec erunt oculi, mens mea donec erit,

V. Sponse sile, te Sponsa vocat sub tegmina, sponsam  
Hanc cape, declinet quod valet, atq; velit.

III.

Philosophiæ M.  
Scholæ Kyloni-  
ensis Rector.

Andreas Groteheinius,

ἀνὰ γῆ.

Age vir esto inardens.

**A**NDREA te Graja vocat vox jure VIRILEM,

Et nuncuparis Magnus teutonicò sonò;

Næ felix cui Diù tam nomina digna dedere,

VIRILIS omine es, VIRILIS nomine es;

Quis totus totus corpusq; animumq; VIRILIS,

Et mente MAGNVS, atq; corpore MAGNVS es;

Non Maximini heic opus est caligã; illicet exi

Iam Socrates; Non omnis longus stultus est.

, In vitio nulli prægrandia membra, modo istud

,, Ne turpent vitia mentem grandia caverit;

C

Tu

34 M. ALB. WICHGREVI  
 Tu vincis multam procerò vertice turbam,  
 Nec minus honore vinctes hanc Genii tui.  
 Nam licet ad magnum crevisi corporis augmen,  
 Augmen tamen par corporis ingenio tenes;  
 Quare age dehinc Musis esto vir semper inardens,  
 Fulgore corporis ac ardore animi vicens.  
 Iam notum est qui sis, dum nostra Lycea Magistri  
 Insignierunt hodiè te titulò novò.  
 Et rectè; nec enim florens Academia vidit,  
 Vel celsius ingenium, vel editius caput.

IV.

I. U. can-  
 didatus,  
 civis Pritz-  
 yvalccen-  
 fis.

Henningus Vvalterius,

*avaz.*

Angit vulnus Veneris,

Catharina Deteria,

*avaz.*

Hei! intrat cara dea.

Multa tulit, fecitq; puer, sudavit & alsit,  
 Musa docet Lyrici ceu Venusina senis,  
 Ecquid & hoc HENNINGE in te? te in debita laudis  
 Munia sub Musis multa tulisse scio.  
 Et scio te sudasse, scio te alsisse sub ipsis,  
 SVADA mihi testis, testis eritq; THEMIS.

Sci

Scilicet hinc aliquis cursum absolvisse laboris

Te putes, inq̄, Oci nunc habitare domo!

Fallitur, hanc etenim pars est centesima cepta,

Majus ab hoc anno nunc tibi surget opus.

Quod tibi non Pallas, non doctus fecit Apollo,

Quod non Suada tibi, non tulit ipsa Themis.

Sed Venus, hac Themidos te impallescere chartis,

Et titulum Juris velle tenere videns;

Desine, ait, Juvenis sueto indulgere labori,

Nec Iuris, Medicæ sed juvet artis opus.

Dixit; & occultum tremulo sub pectore vulnus

Figit, & expeffas effugit illa manus;

Nec mora dum vulnus Veneris leibaltere angit,

Quod leibum abrumpens cordolio omne novo.

Ingemis HENNINGE & mihi quod solamen in urbe,

Aut mihi quis Medicus sit Deus, ingeminas,

Ingeminasq̄, iterum, sed qui medicamina morbo

Adferat, est toto nullus in orbe DEVS;

Hei! HENNINGE Deus vulnus qui sanat, abesto,

Est Dea curarum qua medicamen habet.

Cara dea illa illa est, polcella tenella puella,

Illam DETERIADE nata parente sata.

Non opus heic are est, opus est arâ, ore & amore,

Quæ iria si observes; postea sanus eris.

ARA ubi geminò faciet de corpore corpus

Vnum. unam efflabit osq̄ duplex animam;

At AMOR efficiet crebrâ te prole parentem;

Nimirum Venus hinc tangit & angit oculos;

36 M. ALB. WICHGREVI  
 Quae Venus? illa tuum quae intrat dea cara cubile,  
 Et ruit in licium quae CATHARINA thorum;  
 Sape erit illa tuo constans medicina dolori,  
 Lenimenq; mali & dulce levamen erit.  
 Hanc tu sponse citò doctis comprende laceris,  
 Sedulus & promiâ volve revolve manû;  
 Sic tecum longos feliciter exiget annos,  
 Prole virente domi, prole vidente foris;  
 Pace regente domum, pace tegente forum,  
 Sorte beante loclos, Morie tenente manus.

V.

Civis olim  
 Hambur-  
 gensis.

Ioannes Alvermannus,

*avazq.*

In manu resonans, vale,

**H**Ac cubat exesat JAN<sup>us</sup> ALVERmannus in urbe,  
 Vir pius, & sapiens, & pietatis amans,  
 Flus populi, uxoris spes unica, prolis ocellus,  
 Viriq; & genero firma columna suo;  
 Sex bene cum sociâ vixit per lustra jugali,  
 Bisq; tulit thalami pignora quina sui;  
 Cum bisseña gerens lustra & tres insimul annos,  
 Reliquit thalamum, cessit & in tumulum;  
 Ossa sed hic solum; nam fausti nominis omen,  
 De IANI tali personat ore animâ;  
 In gremio inq; manu Iovæ viget ALVERmannus,  
 Angelicò resonans cum grege, sancte vale.

Christi



## VI.

Philoso-  
phia &  
Medicina  
candida-  
tus.

Christianus Acidalius,

*ἀναγρ.*

Acris ac validus inffit.

**C**HRISTIANE ingenij tibi munera maxima fulgent,  
Iudicijq; vigor profuit inde gravis.

Acris hic ac validus splendor si jugiter inffit,

Acris eris Musis flos simul ac validus.

Auguror hoc, ac te duplici tibi munere fausta

Vota fero; hinc ita quod tua fata vocant.

## VII.

Questor  
olim Me-  
gapolita-  
nus.

Ioachimus Schoenermar-

*ἀναγρ.*

chius,

Mors eneco; mihi charus  
amicus.

Mors & Defunctus colloquuntur.

**M. Q**uid Questor gazas puleri ludibria mundi  
Colligis, & sequeris murmura rauca fori?

Quid Regumq; Ducumq; domos, atq; atria celsa  
Suspicias? an semper Patria terra tibi?

Desine thesauros numerare miselle; relinque

Cum tantâ stultum garrulitate forum!

Amplius haud licitum producere gaudia in aula,

Te monet hoc aliam tempus inire domum.

C 3

Quisquis

D, *Quisquis es, his nostris succedens sedibus hospes,  
Nil nisi qui spiras mortua verba mihi.*

*Desine vana loqui; Mortemq; abiste minari,  
Non tua cor nostrum lurida dicta movent,*

QVÆSTOR, *opes non quaero mihi, sed servus in aula  
Principi UDALRICO debita solvo meo.*

*Hanc ego tam justum hinc Herôa admiror, opesq;  
Haut moror, artificii aut atria structa manu;*

Quin nec multa meum pertentant gaudia pectus,  
Et didici paucos luminis esse dies.

At tu fare mihi, *Quis sis malè noius, & unde, ut  
Non pudeat tantas projicere ore minas?*

M. MORS ego, *qua dextrâ hâc vibro fera spicula, dicor:  
Expectem demptâ corpora cuncta morâ*

*Sedibus infernis veniens, juvenesq; senesq;  
Dites atq; inopes eneco lege meâ;*

Tu quoq; *lege meâ Lumen vitale relinques,  
Quid moror? en tela hac tu tibi habeto tua-*

D. *Quid fatis? Eripiam? Mors ô mihi charus amicus  
Scilicet hoc gratò vulnere salvus ero.* (cuss)

CHRISTE ubi vixi, *moriôr tibi CHRISTE  
Redemptor,*

*Quare animam hanc calo suscipe Christe tuo.  
Sic ait; & subitò turgentia lumina claudens,  
Oscitat, & risu spiritus astra petit.*

Theo-

## VIII.

Patritius  
Lubecen-  
fis.

Theodorus Bromsænius,  
*ἀναγρ.*  
Musicus orbi & Deo;ornas!

**F**ulgida Musarum BROMSENI gloria, crete  
Consule patre, & avo, consulibusq; atavis.  
Non ita se cunctis prabet fortuna secundam,  
Ut possini titulum laudis habere tua!  
Est aliquid magnis clarisq; parentibus ortum;  
At Virtus verum nomen honoris habet.  
Quando ergo ingenium doctrinâ & moribus ornas  
Sedulus, augustum frontis & oris opus;  
Quin te suspiciam ac ausim tria ponere verba,  
Quod sis plectro orbi, & musicus ore Deo.

## IX.

Patritius  
Primisla-  
viensis I.  
u. candi-  
datus.

Theodoricus Dreierus,  
*ἀναγρ.*  
Vir corde & ore fidus.

**S**i quoties DREIERE, tuos in pectore motus  
Prodis, natura semina volvo tue,  
Vir mihi ferventi subvincens corde videre,  
Virtutum dius quas dedit ardor opes;

C 4

Si

## 40 M. ALB. WICHGREVI

Si quoties suavi quas proijcis ore loquelas  
 Arresti furium mens bibit aure mea;  
 Dispeream! si non sub doctis Suada labelis,  
 Quod sibi jam sedem fixerit ipsa, puenem.  
 Maeste ergo hoc tu corde mihi, maeste ore disertò!  
 Non stella hinc juvenum, sed mihi sidus eris.

## X.

Doctoris  
 Theodori  
 Meieri o-  
 lim uxor.

Margarita Rosilleria.

avare.

Hei! mors illi grata arrha.

**M**EIERE à Clariis tibi fors solamina Musis,  
 Et veniunt variis carmina multa locis.  
 Quorum sanantur ficto medicamine, quorum &  
 Jam rescinduntur vulnera cæca tibi;  
 Tollere quisq; malum doctâ ratione studebit,  
 Et melius demid ferre dolore bonum;  
 Quid mirum ergo modò Legum sciuissimè Doctor,  
 Ipse quoq; in numero hoc pars quotacunq; siem,  
 Pauca fero, fateor, sed pauca hæc talia sunt,  
 Quem mandent dubium pellerè corde metum;  
 Hei! verum à grato tibi MARGARIS ore remota, at  
 Quæ caussa? illi mors grata quod arrha fuit;  
 Hanc sibi qui dederat pctijè, cælog; locavit  
 FOVA, ergo grauum quod Domino; esto ratum.

DE-

DECAS ANAGRAM-  
MATISMORUM  
QVARTA.

## I.

Patritius Pritz-  
vvalccensis No-  
garius publicus  
Scholæ Werben-  
sis Rector.

Antonius Ravuius,

*ἀναγρ.*

Vivito sanus, urna.

**R**HAVUI hodiè nostri Patres maculare solebant  
Porcellum, divi nomen in Antonii.

Illo illi unanimes nova gaudia consecrabant,

Vini urna & xibi, carminibusq; suis.

Tu quoq; fac simile, & patres ne sperne bibaces,

Nomen ut Antonij floreat usq; senis.

Fallor? an admonitus nobis parere paratus?

Vivito sanus! Io! vivito sanus! Io.

Quidquid deliras hodiè Indulgentia nescit,

Si foris posthac in studio & stadio.

## II.

Scholæ  
Pritzvvalc  
centisCan.  
tor.

Ioannes Sagerus,

*ἀναγρ.*

I ferus age annos.

C s

Ne

**N**E tibi non aliquid videar misisse S A G E R E  
 Luce tuâ, & lætus concelebrasse diem ;  
 Quattuor hos versus mitto pro tempore natos,  
 Insuper & faustas addo S A G E R E preces.  
 Vt tibi qui nitidò cum vere reueritur annus,  
 Felici redeat candidus usq; pede.  
 I felix, serusq; tuos age suauiter annos,  
 Has tibi natalis dat genitura preces.

## III.

Philoso-  
 phiæ M.  
 Medicinæ  
 candida-  
 tus.

Ioachimus Radenicus,

ἀναγ.

Io ! sacra dies, hic vinum.

**S**I nescis, vinum veris solet esse Poëtis  
 R A D N I C I, in quovis carmine pulcer equus ;  
 At licet existem vix pars centesima vatis,  
 Nec præter numeros commemuisse queam ;  
 Si tamen exhausti generosi pocla Lyæi,  
 Et meus in cursû valdius hinnit Equus.  
 Adfer Io vinum, quòd quæ modò carmina fingo,  
 Proveniant animo liberiore tibi.  
 Nec te peniteat præstare viriliter, equo  
 Hic sibi jure petit sacra quod ipsa dies ;  
 Si pæres, tibi quingenta pro quinq; videbis,  
 Carmina veloci deproperata manû ;  
 Sin minus, hos restes, bojas, pedicasq; capesse,  
 Quis donec donec vina ligatus eris.

Samuel

CENTUR. I. ANAGRAM. 43  
IV.

Philoso-  
phus &  
Poëta.

Samuel Drefemius,  
*ἀναγρ.*  
Sere musis laudem.

**L** Aurigeros multi se hoc nostrò tempore jactant,  
Rara sed est Phœbi cui favet arbor avis.  
Te ipse negas vatem DRESEMI, te tamen autor  
Musarum, subolem vendicat esse sibi.  
Tam cultè scribis, tam tersè, tamq̃, politè,  
Vt vincat Genium carmen honore tuum;  
Vates cresce diu, & Phœbi ubi dum viret arbor,  
Laudem, qua musis grana digna, fere.

V.

Philoso-  
phiae can-  
didatus,  
civis Wi-  
tebergen-  
sis.

Hieronimus Broederman-  
*ἀναγρ.* (nius  
Mirè, sed bonus vir in amore.

**E**X quo nos certi sociatum fœdus AMORIS  
Icimus, in niveò monte adamande mihi;  
BROEDERMANE, illud mox consuetudinè usû  
Mirè, per longas auxit uterq̃, vias;  
Laudo tuum Genium, constantes approbo motûs  
FVCHSIADÆ fidei signaq̃, certa data.

Non

44 M. ALB. WICHGREVI  
 Non tantum FRANCI nunc sunt in amore fideles,  
 Verum & Trevanum Leucoris alma tenet.  
 Sis bonus ergò, bonum quem Sors ita prospera finxit,  
 Sed vir, dum vivis, sis in amore bonus,  
 Sic tete & sponsam mulis discescere cunis  
 Extentumq; avum ducere IOVA dabit.

VI.

Patritius  
 Saltzquel-  
 lensis Jure  
 consultus.

Andreas Reicheius,

avæge.

Acie es vir inardens.

**A**NDREA, augustò censeris in ordine Divùm,  
 Quod ditùm adscito nomine te perhibes.  
 Id mihi se junctum à verà ratione videtur,  
 Et paupertini lusio judicij;  
 Non dives divus meruit, dicive beatus;  
 Sed fortunati nomen habere potest;  
 Proin<sup>o</sup> à me verum quod si deposcis honorem  
 Audire, ilicet hunc dictio dupla dabit.  
 Innumeros supra Genij te fulgor honores  
 Ponit, & augustò es corpore magnus Atlas.  
 Hinc ardens acie vir es! ò Iova si eroget annos  
 Non poteris soris de brevitate queri.

Ioachi-



Hambur-  
genſis Me-  
dicinæ  
Candida-  
tus.

Ioachimus Schultetus.

ἀναγρ.

At & hic muſis oculus.

**I**Tala ſe jactet, jactet ſe Gallica tellus,  
Quicquid & Hiſpani degit in imperio;  
Tantum ſe præ aliis Muſarum Heliconia Tempe  
Luſtraſſe, & Clarias hinc recreaſſe Deas.  
Fallitur illa illa, & quod gens ſibi flaverit illa,  
Prò patrio fictum nomine laudis opus;  
Sunt etiam nobis præluſtria lumina, quorum  
Ingenio & genio charta-virebit-annus.  
Et licet illorum ſeriali carmine dudum  
Pars magna à doctis ſit decorata viris;  
Attamen haut patribus denatis mortua proles,  
SCHVLTETVS muſis, credite & hic oculus.  
Hinc audet linguâ ſe in verba reciproca ferre,  
Et dare quod putri ſole CATHARRVS habet;  
O felix juvenis, cui toti abſtruſa, diſerto  
Ore, Machaoniâ ac arte decore datum.

II X.

Dithmar-  
ſus Iure-  
conſultus.

Theodorus Glaſerus.

ἀναγρ.

Do: Surge altus heros.

Carpe

46 M. ALB. WICHGREVI

**C**Arpe tuæ vitæ THEODORE, nec abijce fructum,  
 Artis & ingenij spargere perge notas;  
 Non aliàs variè facile ambio nomen; at unum  
 Nunc juvat his charis inferuisse meis.  
 Nam ubi si ingenij vigor iste rotundus ad annos  
 Currat, & intendas tela animi ista tui;  
 Do tibi, surge altus, vel summo proximus, heros,  
 Heroum Themidos qui sacra castra tenent.  
 Iugiter utq; eòdem liceat tibi pace fruisçi,  
 Ut rata cœlicolis simi mea dona precor.

IX.

Theolo-  
 giæ candi-  
 datus.

DAVIDES FABRYTIUS,

ἀναγε.

Abi, Deus adfuit. Risi.

**Q**uisquis in hanc tumbam desigis Lector ocellos,  
 Forte quiescentis nomina scire volens,  
 Disce quidd hic Iuvenis florentibus integer annis,  
 FABRITIO nomen cui fuit ante, cubet.  
 Tres hic Cantoris defunctus munere messes,  
 Mortuaq; hic matri corpora multa tuli;  
 At non fraude malâ, nec vi, sed voce canorâ,  
 Lugubri populô veste sequente sonos.  
 Dissplicuit Moria mea vox, quæ spicula torquens  
 Pectus in hoc, animam voce represit ovans.  
 At benè, non flevi, risi magis, adfuit ipse  
 Nempe Deus. cœli qui mihi pandit iter.

Si credis pie Lector abi, & didicisse labora,  
Nunc mihi, cras tibi quod Mors citò claudet oculos.

X.

D. Iohan-  
nis Frederi  
olim filia.

Benigna Fredereana,

ἀναγρ.

Digna, fer bene; arena.

**D**igna Benigna Deo, cælo quoq; digna Benigna,  
Sors facta est cæli, sors quoq; facta DEI.

Quid mirum FREDERE? tenes sic fata rotare  
Omnia, nec legem constituisse novam.

Tam subitò hinc pueros nutricis ab ubere raptos  
Mittit ad æternas Mors properata domos,

Quam capite obstipò, & caperata fronte severos  
Mactat, & acta potens jactat in astra viros;

Scilicet occuluit sua fata Iehova, nec unquam  
Scire juvat fixum quid mihi, quidvè ubi.

Hæc dum celantur, pia mens stimulata labore,  
Quacunq; invitat gaudia summa die.


At magis hoc pueros teneros tenerasq; puellas,  
Felicis mecum dixeris atq; senes;

Antè mlti sensum quod gaudia tania capessant,  
Polluerint propriò nec sua corda malo.

Hinc benè fer, tibi quod Bene nunc FREDERE feren-  
Queq; soles alios sapè monere, tene. (dum,

Non sine extinguì potuit felicius ullò,  
Vita tenet cælum, corpus arena tegit.

DECAS

  
 DECAS ANAGRAM-  
 MATISMORVM  
 QVINTA.

## I.

Iurecon-  
sultus.

Matthias Guendermanus

*advocat.*

I! Numa Germanus adest.

**Q**uisquis ades, quem depuduit, cui audaciaq̄, effrons  
 Nata, ut quod lubeat Sponte licere putes;  
**Q**ui parvi-pendis tibi qui à cruce (triste) pependit,  
 Proq̄, Dei Diis nomen in ore geris.  
**Q**ui pius audiri cupis ut gens Turcica vivens,  
 Festaq̄, verborum murmure sacra celis;  
**Q**ui patrem extimulas contra os genitricis, & inter  
 Semper utrumq̄, furens nil nisi bella moves;  
**Q**ui jugules homines, surgis de nocte, per omnes  
 Discurrens framea missili & ense vias;  
**Q**ui struere insidias teneris meditare puellis,  
 Matronisq̄, decus subruere omne piis;  
**Q**ui quoq̄, furtivis operam das rebus, & audes  
 Divitias aliis subripuisse suas;  
**Q**ui vendis nugas, & verum pectore claudis,  
 GVENDERMANI A den fraude doloq̄, petens;  
 I pro-

CENTUR. I. ANAGRAM. 49

I procul hinc, Germanus adest Numa, ito Ichova,  
Defensare pios nescit habere modum.

II.

Phi'oso-  
phiae M.  
Pastor.

Lucas Brouerius,

*ἀναγρ.*

Salve cursu orbi.

**V**Sq<sub>2</sub> huc Pastrali vixisti nomine LVCA,  
Voce Magistrali nunc quog<sub>2</sub> vive tibi.

Illud quod memini te urgere fideliter, olim  
Promeruit, sanctum RELIGIONIS opus.

Illam, quod gnave Musarum castra sequutus,  
Cum Sophia Pallas nunc tibi habere finit.

Sortis ab hoc duplici cursu solenniter orbi  
Salve, quodq<sub>2</sub> cupis nomen, Amice, cape.

Illud Pastoris dum nomen & illa Magistri  
Vox erit, & Pastor, tuq<sub>2</sub> Magister eris.

III.

Patritius  
Bolislav-  
vicus.

Iohannes Veigelius,

*ἀναγρ.*

Hei sol! anne vi viges?

**S**I quis erit magna subnixus robore mentis;  
Si quis erit casca simplicitatis amans;

D

Si

50 M. ALB. WICHGREVI  
Si quis erit veteres in cuius cernere volū  
Heroes licet, & priscam in amore Fidem.  
Si quis erit dulci qui pravalet unte, pollet  
Et miscere jocos seria, si quis erit;  
Dispeream nisi VEIGELIVS virtutibus unus  
Omnibus, atq; animi dotibus his vigeat.  
Hei mihi SLESIAcos inter sol magnus alumnos,  
Dic age dic Vati vi citus anne viges?

IV.

Pastor.

Ioachimus Reichius,

*avare.*

Io! huic amicus eris.

REICHI, divitias quisquis tenet, ipsus Amicos  
Possidet, at solus qui caret hisce, jacet  
At non divitiis tantum, sed Amor quoq; Amicos  
Invenit, ô felix quisquis utrumq; tenet!  
Dicite Io! REICHI tibi opes, tibi amor simul adsunt,  
Nomine nec tantum, at re quoq; utrumq; tenes.  
Huic ergò PRENLÆ solvas citò promissus utrumq;  
Sperat utrumq;, ubi & dicit amicus eris,  
Responde REICHI, & sis semper AMICUS AMICÆ,  
Nec ibi alamus CHRISTI, crede, carebit ope.

Ma

## V.

Philoso-  
phiae Ma-  
gister.

Martinus Coenradi,

ἀναγρ.

I! Indura, mors necat.

**M**ors fera dum vires in te consumit & aufert,  
Consumit vires Mors simul ipsa suas,

Querenii causam respondet NVNCIVS, hunc, cui  
Insulas, salvum discipuli alma salm.

Percutitur dicto Mors que necat omnia, & ergo  
Heus, ait, hoc vitam tempore habeto tuam;

Sic fremit & frendit, simul & feralia condens  
Spicula, se è crassa subripit acta domo;

NVNCIVS at subito ingratias producere luces  
Quid fiet, ingeminat, scis TRASIBVLE satis.

Nunc quò Fata vocant, mandatio munere fungens  
I, teq; indura; nil monuisse nocet.

## VI.

Pictor,  
Pritzvalc  
censis.

Christopherus Heinczelius,

ἀναγρ.

Es pictor sine curis, luce.

**F**ictor es & Pictor, singis bene, tum bene pingis,  
Omnis ea artificis non duo dona probi.

Tu probus es fictor, Pictor bonus es sine curis,  
Cura absint, fictor Pictor & esto diu.

D 2

Est

52 M. ALB. WICHGREVI  
Esto diu fictor, Pictor simul impiger esto,  
Et luce paria Christifer inde tua.

VII.

Theolo-  
giæ candi-  
datus.

Michael Cogelerius,

*civare.*

Hic urge caeli melos.

**C**um cultè caneres CHRİSTUM COGELERE sub arā  
Eloquii magnā fertilitate tui.  
Omnis in applausum Musæa caterva ruebat,  
Carmen & hoc Phœbus deproperabat ovans;  
Urge, noster amor, studium, quod lingua diserta,  
Tam benè in Aonia dicere visa domo.  
Qui nunc humanum resonas hîc carmen in arā,  
Hinc dices cæli me monitore, melos.

II X.

Philoso-  
phiæ Ma-  
gister.

Henricus Lorcius,

*civare.*

Si cor in cursu ! Leo.

**S**ic age ! concessum tibi desuper exere robur.  
Si, LORCI, in cursu cor ! potes esse Leo.  
Magna tui Genii, at si mens animusq; virilis,  
Munera magna modò, hinc maxima semper erunt;  
En



CENTUR. I. ANAGRAM. 53

En fama penetral! Musarum HENRICE palastram!  
 Cernin<sup>2</sup> ut ex omni pulpita parte crepent?  
 Cernin<sup>2</sup> ut ampullas pulli Phebi ore profundant?  
 LORCladeng, alacres voce frequente vocent?  
 Ito animis contra magne atq, novelle Magister,  
 Nam tibi si in cursu cor, , potes esse Leo.

IX.

I. U. can-  
 didatus  
 Berlinen-  
 sis.

Ioannes Tucher,

divazę.

Hei! non es Turca.

**N**atalis redijt, geniales instrue mensas,  
 Hunc sine laticia nec sine abire diem;  
 Non tamen exporgas frontem ceu Turcica turba;  
 Hei! tu non Turca es; verum homo qualis ego.  
 Turcica gens quoties cupit ire in gaudia, mente  
 Natalem letâ concelebrando suum.  
 Persica tela, furens, circum caput astitit, ac si  
 Sidera jam peteret, Tartara jam peteret;  
 Nimirum hoc tentasse Deum est superosq, fugasse,  
 Nec celebrare suum at conscelerare diem;  
 Tu facito TVCHERE monet quod justior ordo,  
 Mos datus à priscis ut teneatur avis.  
 Da sociis pernam, fumum quo passa per annum,  
 Si cruda, arridet, si bene cocta, places.  
 At teneris stomachis ne fortè incommodet, adde  
 Quæ lucus ructus pellere vina queant.

D 3

Poſſ,

nt;  
 En

14 M. ALB. WICHGREVI

Post, ubi jam saturò pernam consumpsimus ore,  
Quisq; & dulcicidò proluit ora merò;  
Dicemus variò Jovam modulamine, FANE,  
Ut sinat hanc diem sepe redire diem.

X.

Virgo Ros-  
tochiana,  
Dn. Lau-  
rentii fi-  
lia.

Catharina Havemans,

*avæ.*

En ! run<sup>2</sup> chara amafia:  
I tu chara, mane sana.



**S**i teneant certum nonnunquam Anagrammata pon-  
His quoq; Phœbe velis pondus inesse metris ; (dus ;  
Solvitur interdum si optabile nomen in omen,  
Erratum & huic omen nomini inesse velis.  
Quamquam sat certum, nullâ me voce notari,  
Nec ruere ad votum quam mihi dico Deam ;  
Paucis quippe venit modò gloria vatribus æqua,  
Vix videas septem queis data parta salus ;  
At quamvis contemnat ab hac, contemnat ab illâ,  
Nil moror, ingenium quod fuit antè, manet.  
Novi ego pro verbis mentina rependere verba,  
Dissepâq; dolis reddere fronte dolos.  
**W**ICHGREVIVM cautè ludat, qui ludere tentat,  
Sapè illusorem decipit ille suum ;  
Antiquam contrâ Virtutem ubi cerno Fidemq;  
Dispercam si vel quid prius esse putem.


Atq;

## CENTUR. I. ANAGR.

55

Atq; utinam tali mihi suavis Amasia laude  
 Inijceret collo brachia torti meo!  
 O quoties laus me decantare beatum  
 Inciperem: o quoties ferre referre fidem!  
 Tunc ego purpureos vellem contemnere Reges,  
 Praeq; mea Sors est, dicere, vestra nihil.  
 Tunc ego Erythraeo repetendas littore conchas  
 Negligerem, & magni fulva metalla Tagi.  
 Hinc tu quo majus totus nil continet orbis,  
 Nec quo quid melius pontus & aura tenet.  
 Si quid amas, ut amas aeternum peccora casta,  
 Te tandem facilem haec in mea vota dabis.  
 Vt me virgo suis blandis comburat ocellis,  
 Virgo animo prudens, corpore virgo pudens.  
 Dicere cui pessim en tun' chara mi Amasia? quam mi  
 Delegit multis millibus alma salus.  
 Huc igitur tu i chara mihi, mala gaudia spernens,  
 Et mihi vel cuncto tempore sana mane.  
 Ipsa etiam studeat sic ad mea vota referre,  
 Tu mihi CEV LAVRVS (dulce) VIREBIS ocle;  
 Phebe micat lux ipsa-cui sunt ista dicata,  
 Huic oro claram saepe referto diem.  
 Donec facta sui sit virgo CATRINVA voti,  
 Ille meus geminans fidus amator erat;  
 Inprimis servato pios in amore parentes,  
 Vt videant nata gaudia vera sua.



206  
M. ALBERTI WICHGREVI  
Hamburgi P. L.  
CENTVRIAE  
Anagrammatismorum  
PRIMÆ

PARS ALTERA

*Qua*  
RELIQUAE DECADES QUINQUE  
*Continentur;*

*Ad*  
*Clarissimos & Doctissimos viros,*  
DN.  
BARTHOLOMÆUM  
CLINGIUM  
*Et, DN.*  
ERNESTUM COT-  
MANUM.  
I. U. DD.



ROSTOCHI,  
Ex Officinâ Reusnerianâ, Anno M. D. CII.



VIRO CLARISSIMO, &c.

DN.

BARTHOLŌ  
MÆO CLINGEN,

I. II. D. eximio, &c.

*fautori perpetuum colendo.*

---

Bartholomæus Clingeus,

*ἀναγ.*

Luces tuis magno labore.

---



*Vid Labor, & Virtus, quid re Pa-*  
*tientia in arcta*

*Posit, id exemplo CLINGE*  
*diserte doces.*

*Nudus in hoc mundo sub paupere tegmine na-*  
*Res angusta domi, vitæq; parca fuit, (tus*  
*Creverunt anni, cœpisti noscere mundum,*

*Nec non Fortune Fata inimica tua,*  
*Cuncta licet deerant, aderat tamen ardor ho-*  
*nesti,*

*Et Labor ingentes accumulabat opes,*

*Quin*

*Quin tua te Virtus, Doctrina & lingua diserta  
Inter honoratos fecit habere locum,  
Philosophæ turba ductor, doctor q̄ creatus  
Iuris, UDALRICI dirigis acta Ducis,  
Inq̄ Professorum serie dux ducis ipse,  
Rhodopoli Genium suspiciente tuum,  
O mirum! magno lucas quam CLINGE  
labore,*

*Inde tuis! longum proficit iste LABOR!  
Proficit ô iste LABOR! nostrum nec temne LA-  
BOREM,*

*Nomine qui gaudet proficijssè tuo.*

E. T. O.

A. W.



AD



VIRO CLARISSIMO &c.

D.N.

ERNESTO COT-

MANO, I. U. Doctori

eximio &c.

*fautori perpetuum colendo.*

---

Ernestus Coetmanius,

*ἀναγε.*

O vir sanctus es mente.

---



Veni iuvat Heroum numeris, nul-

lius egenum

Virtutis, mundo condecorare

virum;

COTMANVM dicat, Genium, Ingeniumq;  
sub oras

Mittat & Eoas, mittat & Occiduas.

Omnia sunt hujus monumenta in mente reposita,

Explanat superum quod sacer Ordo tenet;

Imbibit à teneris Sapientum scita Deorum

Hanc cum non-~~doctum~~-nemine certet o-

vans,

Omnia





Omnia Gracorum callet quoq; gesta, scit omne  
Quicquid Romanâ conditur historiâ,  
Iusticia custos, Legum interpret g; stupendus,  
Audit apud Latios, audit apud Venetos,  
Eximius Rosci splendor fulcrumq; Lycai  
Cantatur Clario suspicitur g; choro,  
Principis ULRICI, rari & venerabilis aula  
Herois, talem gaudet habere virum.  
Ipsa Fides, Pietas, Themis ipsa, ipsa aurea Vir-  
tus,

Non Lumen dubitant hunc vocitare novum,  
Ipsa antiqua Fides, Candor, Themis atq; Sophia  
Certatim resonant talia verba simul,

O qui mente vires inter tot munera fan-  
ctus,

Hinc tua florebunt gloria, fama, decus.  
Macte hoc Ingenio, Genio hoc COTM ANE  
triumpha,

Et parva hac noti dona clientis habe;

E. T. O.

A. W.

Alber-



Albertus VUichgræuius,

*avæp.*

Tu surcule, vigebis aurâ.



Urculus ut nunquam superas assurgit  
in auras,

Surculus ut nunquam fronde viren-  
rente viget,

Fœcundo insertus gremio, licet is velit, infra

Spargere radices, spargere ad alta comas,

Ni Zephyri spiret, spiret ni blanda Favoni

Aura nisi faveant sydera, ni foveant.

Surcule VUICHGRÆVI gravius tibi sicq;  
fuisset

Crescere sic infra, crescere sicq; supra,

Ni tibi spirasset Zephyrus, quis? munera vitæ

Qui tulit, ad vitam munera quique feret.

Ni tibi spirasset dulcis simul aura Favoni,

Quæ? puto, Magnatum magna favensque  
manus;

Ni tibi favissent, fovissent sydera ni te,

Quæ? Genii, Ingenij & sydera amica tui.

Surcule VUICHGRÆVI; gravius sic non-  
ne tibi esset

Crescere nunc infra, crescere nuncq; supra?

Is

Is tibi nī Zephyrus, nisi & ista tibi aura Favoni,  
Sydera & ista tibi nī faveant, foveant.

Annus. Ergo istā felix es SURCULUS aurā,  
Hacq; viges *aura*, postq; *vigebis* item.

Hoc Præcone libro nam Surculus iste novellus  
VULICHGRÆVUS nomen fert ut ovans  
animi.

Annosās vincet quercus & honore, nitore,  
Atq; virore simul, fructibus atque simul.

*Christ. Acidalius F.*  
*amoris ergo.*



DE-

64 M. ALB. WICHGREVI

DECAS ANAGRAM-  
MATISMORUM  
SEXTA.

I.

Nobilis Mar-  
chicus, &c.  
Dominus in  
Nienhufen &  
Frickstein.

Ianus Roer,  
*ἀναγρ.*  
Orna vires.

**T**V quoq; Nobilitas quem Marchica suspicit, inter  
Versantem curas plurima scripta graves,  
**Tu** quoq; **JANE** meum, niveda cape fronte Libellum,  
Ingratus studiis non erit ille tuis.  
**Namq;** licet tenui subtemine carmina ducta,  
Multa nec exculum pagina spiret opus;  
**Attamen** aeternos Sophia decurrere campos,  
Atq; aliis curas pellere Musa studet.  
**Dum tu** igitur Sophia Vir Nobilis excolis hortos,  
Sic ornans Vires nobilitate tuas;  
**Hic** etiam Genii vires Vir nobilis orna,  
Interdum curas immnuendo tuas;  
**Quod** si signa animi capiam manifesta probantis,  
Mutabo calamos & graviora canam.

Ste-

CENTUR. I. ANAGR. 65  
II.

Nobilis  
Ungaricus  
Iurecon-  
sultus.

Stephanus Iessenius,

ἀναγρ.

Est sapiens juvenis.

**E** St sapiens juvenis qui sese explorat ad unguem,  
Ac illud, TE IPSVM NOSCE, Solonis amat ;  
Omnia qui cautè rationis pensitat arte,  
Et que sunt semper - cunq, cavenda cavet.  
Qui non ingreditur mollem sub vespere lectum,  
Finita lucis quam prius acta legat,  
Et relegat sanctò quidnam plus fecerit aequò,  
Defueritq, suis ebrius officijs.  
Aut petulanter opus lingue, vocesq, solutas  
Condiderit nimia garrulitate nocens.  
Qui cæna cyathiq, modum sibi ponit, & intra  
Metam delirias novit amare gula ;  
Hanc tu JESSENI vite studiisq, beandis  
Vt sapiens juvenis noveris esse viam.

III.

Theolo-  
giæ Doct.  
& in Aca-  
demia Sa-  
lana pro-  
fessor.

Georgius Mylius.

ἀναγρ.

Ego mirus is vigil.

E

Mirus

66 M. ALB. WICHGREVI

**M**irus ego augusti pater & moderator Olympi,  
Orbis honor, Orci terror & horror ego.  
Magnanimum hunc Christi (jubeo sic) dilige Vatem,  
Nomine de Christi nomina quisquis habes;  
Si quis enim mirus praconum de grege Christi  
Est vigil hei mirus MTLIVS is vigil est.  
Hoc tenet Auspurgum, quo per fera tela, per hostes,  
Carmen olorum max cecinisset orans;  
Hoc Viteberga tenet, quod tot convivia passus,  
Dogmata ficta premens, bella novella fugans,  
Cotidie videt hoc praclara Salana, GEORGVM  
Quae MIRVM hunc VIGILEM suspicit atq;  
Immo hodierna dies testatur id, ille remittit (fovet,  
Qua Albiculis vatem tesqua per birta novum;  
Deniq; si nescis, hoc dat quoq; nominis omen;  
MIRO ergo VIGILI fausta precare meo.

IV.

Theolo-  
giae Doct.  
& in Aca-  
demia Ro-  
stochiana  
professor.

Davides Lobechius,

ἀναγ.

Huc dia Dei suboles!  
Is huc ob Dei laudes.  
Sub Deo cude aliis.

**O**mnia quae longa indulget mortalibus aetas,  
Hec tibi LOBEGHI prima juvenia dedit.

Cum

Cum genere & formâ generosa exempla sequace,  
 Ingenium solers iudiciumq; grave.  
 Quin tibi Gambrivii propè nato littora ad Albis  
 Os sacrum Aonides sic polière Dea.  
 Sic Latio & Græco melle illevère labella,  
 Sic quoq; Germanò lingua sonore tonat;  
 Ut te Trevanum sibi Lipsia, Græcia, Roma  
 Civem ortum in mediâ vendicet urbe bonum.  
 His ducibus ceu dia Dei subolesq; Sacerdosq;  
 Huc huc ob laudes isq; docesq; DEI.  
 Nec fama te dira fames, nec frivola mundi  
 Gloria ventosâ fraude petita trahit;  
 Sed certat titulos Virtus anticire superbos,  
 Eternum & verâ laude parare decus.  
 Qui dubitaverit hoc, idem Titiana negarit,  
 Ceu Morus, in mediâ luce micare, novus:  
 Aut te Virtutesq; tuas ignorat ineptus,  
 Quas Themata hæc monstrant ordine, sacra, bono;  
 Vnde Theosophia quantum tibi dogmata nota,  
 Edocet id liquidò pagina cuncta satis.  
 Hei sub eodem, auguste, Deo, vir, plurima cude,  
 Ne tibi verum aliis vivere cura fiet.  
 Scilicet hoc studio placidi penetrale Tonantis  
 Et pates immensi regia celsa poli;  
 Qua tandem exceptus nitidi ut novus incola cæli,  
 LOBECHI doctis non leve Numen eris.

Theolo-  
giae Doct.  
& in Aca-  
demia Wi-  
tebergenfi  
professor.

Leonhardus Huteries,

*avaze.*

Redi novus vates.

**Q**uisquis es (est modò si quisquis) qui nostra valere  
Iufferis aeternum Musica templa, Vale.  
Iufferis at quisquis mea clara Lycea valere,  
Tempus ad exiguum, Musicae care redi.  
Care redi; venit LEONHARDUS HVTERIUS, ille  
Ille novus vates, heus age, care, redi.  
Pervigil Albicolis sudavit VOLCMAR in agris,  
Pervigil inq. iudem mysta LENARDVS erit.  
Dum vixit, numerosa DEI mysteria IANVS  
VOLCMARVS explicuit dexteritate novâ;  
Hac eadem evolvet dum vivet HVTERIVS, immò  
Dexteritate pari sedulitate pari.  
Fallor? an aethereus Deus annuat? annuit; ô jam  
Qui novus es vates, ut vetus esse queas.

V.I.

Theolo-  
giae Doct.  
& in Aca-  
demia Ro-  
stochiana  
professor.

Iohannes Frederus,

*avaze.*

Heus! Fide non erras.

IANE



CENTUR. I. ANAGRAM. 69

**I**ANE duplex ubi surgit honos; es Doctor IVRIS  
 Sacri, MAGNIFICUS nunc quoq; RECTOR eris;  
**I**ANE duplex ubi ne ergo feram cum nomine votum?  
 Fide, venire homini regna beata fide.  
**I**ANE tenes unum? Heus! lubet adiecisse secundum,  
 Fide, tibi Iuvenes corpora fida fore.  
**I**ANE, utrumq; modò si rectè exceperis omen;  
 Non erras, DOCTOR, RECTOR erisq; bonus.  
 Quæ duo ut ad seros tramittas nomina honores,  
 Mecum docta frequens orat oratq; cohors.

VIII.

I. U. D. & in A-  
 cademia Wite-  
 bergensi olim  
 professor Hist.  
 & Facultatis  
 Philos. Dec.

Fredericus Tilæmanus.

ἀναγρ.

Itale fer, mirus Decanus

**I**Tale, TILMANI parvum si fortè libellum  
 Advehat in dextras aura secunda tuas;  
**E**t non Narcisci despreta es portio caulis,  
 Filia nec Lingua, aut Aëris esse voles;  
**F**er mecum, & quibus est censoria Regula VERVM,  
 TILMANVS mirus mente Decanus orans.  
**N**on mihi in ampullas laudum est mens ire, sed arctò  
 Carmine dona viri dia referre juvat;  
**O**mnis doctrina huic ratio est bene cognita, quantam  
 Philosophæ innumeris gens tenet orbe libris;  
**C**allet scita DEI, legumq; volumina, Græcâ  
 Et quicquid Latîâ conditur historiâ.

E s

Aurea

Aurea mens illi qua flexu & acumine vocis  
 Nostra rapui miris pectora more sua.  
 Itale sat dixi, tibi gens tua gloria sola,  
 TILMANVS nobis gloria major erit.

## IIX.

Philoso-  
 phiæ M.  
 Contul  
 Pritzvalc-  
 censis,

David Heinischius,

*avaze.*

Heic Dii diu sanus.

**E**heu quàm subitò nostra data tempora vita  
 Diffugiunt! quam nos Sors malè fida rotat!  
 Omnia conturbat, vertens in gaudia Luctus;  
 Iamq; iterum in Luctus omnia lata trahens;  
 O quam MASÆVS nos heic docet illud acerbò  
 Discidiò! ò uristi funere raptus Homo!  
 Vsq; adèd hoc longum! Iunone enixa favente, ut  
 Te Mater patri vincla soluta daret!  
 Vsq; adèd hoc longum letà vernante juventa,  
 Cum peteres licui fœdera grata thori!  
 Vix sex lustris tibi perierunt, cum datus aurea,  
 Cepisti & matrem nosse & amasse tuam!  
 Vix menses abiere tibi quinq;, ELISABETHA  
 HEINISCHIA in thalamum ut ducta puella tuum;  
 Omnia tunc risù resonabant, omnia plausù,  
 Omnia tunc lasù, nullibi luctus erat;  
 Nunc MASÆE jaces; nunc grandia tædia tædæ,  
 Nunc Lectus Luctus, Sors tua, nunc tua MORS.

○ Spor

O Spes fallaces ! ô fata ! immitia fata !  
 Sic volup' hunc juvenem subripuisse virum !  
 Sic sociam, socerum, fratrem, caramq; sororem,  
 Tam volup' in luctus precipitasse graves !  
 Hac quid nunc rabie, quid viribus estis adepti ?  
 Nil nisi cum vili putre cadaver humô.  
 Mens pars nobilior superas migravit in arces,  
 Quò datur eternâ vitâ & honore frui.  
 Mors ergò hæc nostro MASÆO maxima fors est,  
 Per mortem vitam dum dedit illa novam ;  
 Hoc Magne HEINISCHI solamine pelle dolorem,  
 Et caro genero fausta precare tuo.  
 De nihilò est, nimio denatos postere fletu,  
 Et revocare, Deus quod revocavit, opus.  
 Si igitur patiens sortem vincendo, ferendo,  
 Quodq; olim passus nunc quoq; ferre stude.  
 Sic tibi Dii dederint longissima gaudia apisci,  
 Vig. diu sanus stes vigeasq; tuis.

## IX.

Christopherus van Hagen,

*divax.*

I. u. D.

Age nunc vir esto, pars.  
 Carus Genitor una spe.  
 Cur sponsa venit ? ager.

**D**um ruis in licitum Veneris lectissime lectum ;  
Scinditur incertâ seditione polus.

Pierides puerum, Charites optare Puellam,  
Argumenta nova plurima litis erant.

Quæ si commemorem, Virgatrix virgo dolaret  
Fuisse caput, dentes excutereisq; colo.

Carperet aut falsam vitem mordace cavillò,  
Inq; pudorem omni me daret illa modò.

Tutus est igitur periura parcere chartæ ;  
Virginum in iratas quàm volitare manus.

Hoc tamen hoc vacuâ ferat aure & corde volutes ;  
Si qua mihi modò adhuc bella puella favet ;

Adstabat Veneri Mavors, Phœbusq; Minerva,  
Et litem ad magnum voce referre Iovem ;

Cum subitò assurgens justus Pater ipse Deorum,  
Proijcit Augusto talia dicta sonò.

Quando meum inter vos tantas componere lites,  
Non fiam à votò pars aliena novò.

Aonia palmam, vos Cypria habete puellam,  
Palma puer, palmae at pars quoq; Virgo fiet.

Adfensere simul cuncta, & simul hæc simul illa  
Dulcisonâ Orphœum voce dedere melos.

**CHRISTIFER** eja age nunc vir **CHRISTIFER**  
agricola esto,

Ac una Genitor spe mihi carus eris,  
Cur etenim cur Sponsa venit? nisi semina mittas,  
Quæ petii ac justè poscit aratus ager.

Iohan.

Consul  
Pritzvval-  
censis.

Iohannes Rosa,

*ἀναγρ.*

An is honor à se?

CONSULIS oblati, ROSA, sunt tibi numine fasces  
Divinò, longùm profuit is urbis honor.  
Ambigitur nihil hìc, an is à se venerit ipso,  
Premium enim VIRTUS adsolet esse sui.

DECAS ANAGRAM-  
MATISMORUM  
SEPTIMA.

I.

Consul  
Pritzvval-  
censis.

Hieronymus Poræbus,

*ἀναγρ.*

Hei! bonus vir es animo.

SI nisi quem laudet vilis sex ima popelli,  
Nemo erit inde probus, nemo erit inde probus.  
Nec probus ipse fores, prisca Probitatis imago,  
Improba sic laudis turba PORÆBE memor,  
E s Sed

74 M. ALB. WICHGREVI  
Ipse eris usq; probus, probitas dum laude virebis,  
Fraus populi cades, at Laus tua semper eris.

II.

Civis Pritz-  
valccen-  
sis, Nota-  
rius publi-  
cus.

Iohannes Conovius,

*divare.*

Oho! vi vinctes annos!  
An non vives socio?

**S**I Genij Ingenijq; & in uno pectore dotes,  
Iudicij ad lancem pendo rependo tuas;  
Pace tuâ liceat, CONOVI, dicere, cuncta  
Eximium Musa contribuere decus;  
Nam benè IANE vales annales dicere cascos,  
Et benè IANE novas, cum juvat, historias,  
Et benè IANE potes doctum producere carmen,  
Et benè IANE potes verba soluta dare;  
Et benè IANE canis, benè plectra rotunda vibrissas,  
Et benè IANE jocos spargis, itemq; sales;  
Et benè Stellarum, Solis Lunaq; labores,  
Terraîq; simul scis spacia ampla benè;  
Et benè composito stas volu, vestibus, oclis;  
Et benè quod magnum vincere IANE potes.  
Tam benè CONOVI cum talia mente reposita,  
Talia cum teneas ore manuq; benè:  
Oho! Nestoreos hac vi & virtutibus annos  
Vinctes, & samâ te super astra rebes.

Proin

Proin tot IANE tibi cum surgant omina ; vives  
Annon huic socio ? quem socium esse jurat.


## III.

Civis Ro-  
stochiensis  
Iurecon-  
sultus.

Albertus Dystelius,

*avare.*

Tu lude, absit lis, eris.

**F**ama est hoc annò morituras esse Veullas,  
Hei mihi quam letus nuncius iste fuit ;  
Tunc mihi provenient animo diducta ferendò  
Carmina , quæ tristis nunc facit ira mihi.  
Tunc ego magnorum qui fors modò spreta deorum  
Portio, dum observor ceu Lepus in caveâ,  
Rumpente invidiâ , vitâq; superstite, Christo  
Et duce, amabilius nomen in orbe geram ;  
Aut urbes alio visam sub sole calentes,  
Quemq; habeant discam regna Latina DEVM.  
Invisam Helvenos , Gallos, fortesq; Britannos,  
Meq; per Hispanos per Siculosq; feram.  
Dura quidem hæc fuerit nostræ mutatio mentis,  
Durius iratos sed coluisse Deos.  
Sors tua nunc melior legum scitissime Sponse,  
Quem non rodit tælis sed remoratur æq;.   
Non tamen invideo, quamvis solamen in arctis  
Est aliquid socium rebus habere parem.  
Lude igitur tu ALBERTE tuâ cultissime Sponsâ,  
Et me quâ potis es parte juvare ; jura ;

Sia

76 M. ALB. WICHGREVI

*Sic ut Nestoreos viuas feliciter annos,  
Absit & à molli lis procul, oro, iboro.*

IV.

Patritius  
olim Bre-  
menfis.

Dietmarus Wachmanus,

*ἀναξ.*

Hu! natus Dei ac musarum.

**F**ictus ego ipse Dei ac musarum natus ad annem  
Varneum, cuius suavis amicus eram.

Visere gestibam mea patria limina Brema,  
LVBINO Vatum me comitante duce.

Vix vidi agnoviq, meos ad mœnia ductus  
Cum sensi insidias Mors truculenta tuas.

Hu! quàm dispositum est quodcumq, hic ducitur avi,  
Manè oritur, moritur vespere gemma nitens.

At qui denatus mundo, Roseaq, sub urbe  
MVSARVM suboles ficta sui atq, Dei.

Non totus denatus ego, ut flos vespere languens  
Mane virens Domino qui modo natus erat;

Sed mundo denatus ego MVSISq, DEOq,  
Natus ut æternum vivo, triumpho; Vale.

V.

I. U. can-  
didatus  
patritius  
Vratista-  
vienfis.

Petrus Haunooldius.

*ἀναξ.*

Virtus plaude; honos.

Qua



CENTUR. I. ANAGRAM. 77

Q<sup>ua</sup> Uratlaviam virtus dudum incolis urbem,  
 Saeta odisse malos, sueta fovere bonos;  
 Plaude precor, patriæ & repetentem mania PETRYM  
 Aureolis ulnis excipe lata tuis.  
 Ille tuos erit inter honos nam magnus alumnos,  
 Et quondam patrij splendida stella soli;  
 Innui hoc morum facies concinna, nec alma  
 Vult aliter Pietas cum Genioq; Labor;  
 O si SLESIAcùm sic singula pectora !certè  
 SLESIA non pueros, sed daret illa viros.

VI.

Reipubl.  
 Kyritzen-  
 sis iudex.  
 olim hæ-  
 reditarius.

Nicolaus Masenius,

*ἀναγρ.*

Animus coelo nifus.

M. David  
 Heinischii  
 filia.

Elisabetha Heinischea.

*ἀναγρ.*

Hei! beata es in coelis.

Q<sup>uid</sup> tones blando me allectas murmure alius  
 Vi dicam Sponsi, Cypria dura, iborum?  
 Ecquid ita ingenuas sum planè abjectus ad artes,  
 Ne liceat partes mi quoq; obire pares?  
 Scilicet ad Grajas respondes vana Calendas,  
 Ab tace & in Stygium te rape aduq; lacum

Credo

## 78 M. ALB. WICHGREVI

Credo quod errantes Stygius tibi fascinet oculos  
 Iuppiter, aut nequeam mellea verba dare;  
 Nil moror hoc, quid enim si me Venus improba lingua  
 Exagitet, si me Livor & ipse petat?  
 Conscia propositi recti mens optima sperat,  
 Quam non Livor edax, non premet ipsa Venus;  
 Queis ego si nimium videar niger ore, coacti  
 Corporis, & frontis tristis, egeni animi;  
 Disrumpant, non me talis ruptura movebit,  
 Nec duce Naturâ hac ibo redibo retrô.  
 Sum niger, at hunc tu quondam Romane fovebas,  
 Sum quoq; (quin fatear?) corporis exigui.  
 Non tamen iccirco mihi tela virilia desunt,  
 Corpore at in parvo Cor mihi grande latet;  
 Nimirum hinc ausim lascivam spernere Nympham,  
 Et quam turba soles carpere ovem, capere;  
 Talem Sponse putes, qualis tibi basia mille  
 Figit odoratis basia nata Rosis.  
 Ex cujus Rosed castus pudor emicat ore,  
 Cui splendet nivea è fronte serena fides.  
 In cujus gracili & perhonestâ modestia gressu,  
 Cui vultu & cultu gratia major inest;  
 Cui volup' est præbere genas, collumq; tenere,  
 Candidulosq; humeros, candidulumq; sinum;  
 Cui volup' est hæc dum te dicere, dicere & Agnum,  
 Dicere te Gallum, dicere Volpeculam:  
 Cui volup' est solum crebro tecum ire redire,  
 Quia via nulla rota pervia, nulla rati;

Emittens

## CENTUR. I. ANAGRAM. 79

Emittens rosèd concinnos ore cachinnos,  
 Et condens tremulâ bellula bella manû;  
 Mox etiam cantans germanâ carmina linguâ,  
 Mox intermiscens verba Latina, melos;  
 Hæc nove Sponse queunt fugientem sistere vitam,  
 Luctantemq; diu mox revocare animam.  
 Tu capito hæc, seras nec gaudia differ in horas,  
 Vivito nunc, frustra est vivere velle diu.  
 Manè virens oritur, moritur flos vespere languens,  
 Proin' matutinas carpito Sponsa rosas.  
 Ne vespertini disturpent gaudia flores,  
 Arvaq; lætitiæ hæc aspera iurpet Hyems;  
 Hoc est ne nimium celeri pede torva senectus  
 Vos notet, & frontem ruga senilis avert;  
 Sed tamen ignoscas, & quis monitore carere  
 Optet, ubi hortamen ferre salubre potest?  
 Tu risu quoties animatus condere soles,  
 Fac simul ut cælo nisus & ipse animus.  
 Nam qua non sursum mens spectat, sed sibi tantum  
 Terrea promittit terrea in orbe bona;  
 Hanc ego non gaudere puto, sed iuro perire,  
 Terrea regna cadunt, cælica regna manent.  
 Tu quoq; Sponsa meis non indecorata subibis  
 Carminibus licitum, suavis ELISA, ihorum,  
 Notus Amor patris est, matris dilectio nota  
 Nec pietas, puro & candor in ore latent;  
 Dotibus his longum carorum ô nata parentum  
 Tu fructu, & facito te excitet omne decus;

Iugiter

80 M. ALB. WICHGREVI  
 Fugiter in cælis ita ELYSIABETHA beata es,  
 Angelicos inter stansq; canensq; choros ;  
 Hæc sat erunt vobis tenui cecinisse papyrò,  
 Quæ fuit in molli saepe retorta manû,  
 Quæ tantum vobis si Sponse & Sponsa probantur,  
 Convenient votis vota secunda meis ;  
 Detq; brevi natos lucem LVCINA tueri  
 In quib; cognosci possit uterq; parens.

VII.

Iurecon-  
 sultus, Pa-  
 tritius  
 Hambur-  
 gensis.

Ioachimus Hartiges,

*avaz.*

O heic gratia Musis

**T**Hracium è Stygiis si surgeret amnibus Orphem,  
 Audireq; sacrum te resonare melos ;  
 Diceret, ô tales potuissèm fundere voces,  
 Cum me homines colerent, suspicerentiq; fera !  
 Non ita Pluto mei laniaret corporis artus ;  
 Lenires pœnas hostis amare meas.  
 O quantum heic Musis est gratia ! sedibus omnis  
 HARTIGIO æthereis est lepor ille datum.  
 Quid iuvat, abripui si saxa, hominesq; ferasq;  
 Venit & inferno cantio cuncta loco.

Ioachi.

Senator  
Pritzzyvalc-  
censis.

Ioachimus Coterius,

*ἀναγρ.*

Io! Io! amicus certus.

**O**mnibus à notis certus laudaris amicus  
COTERI; ð anima portio amica mea,  
Dicit Io, CANDOR, ter, Io, SAPIENTIA dicit,  
Dicit, Io, PIETAS, plaudit & ipsa THEMIS!  
Nec mirum, ipsa Themis, Pietas, Sapientia, Candor,  
Fixerunt sedem in corde IOACHIME tuo,  
Vidit id, & sanctus conscendere tecta Senatus  
Ante alios nuper te voluere sua;  
Vivat honos tantus, vivat Sapientia, Candor,  
Et vigeat longum cum Pietate Themis.

IX.

Philoso-  
phiæ M.  
Scholæ  
Ratzebur-  
gensis Re-  
ctor.

Paullus Neovinus,

*ἀναγρ.*

Lavo vulnus in spe.

Virgo Ro-  
stochiana.

Anna Detlevia,

*ἀναγρ.*

Leniat una Dea.

F

Nuper

**N**uper ego in mensâ meditabar scribere carmen,  
 Materies PAVLLVS cum NEOVINVS erat,  
 Pingere jam nomen, jam fingere mira voluptas,  
 Picta repicta modo, ficta reficta modo.

Ecce autem è toto præter spem, nomine, spontè  
 Mirum Anagramma mihi profiliit, omen habens.  
 Quale sed Hospes ait? refero ipsi, in spe lavo vulnus,  
 Quale opus hoc? quid & hoc vult Anagramma?  
 Tunc ego plebeia non est opus indolis illud, (refert.)  
 Alius Helmiaco sed sapit ingenio.

Verùm, ne incerid teneas Anagrammatis omen,  
 Hunc juvenem in Veneris castra ruisse notat;  
 Vna illic Dea tela feri deprompsit Amoris,  
 Et vulnus cordi infixit adusq; ferox,  
 Vulnus id, id vulnus manet insanabile vulnus,  
 Ipsa nisi id vulnus leniat una Dea.  
 Suggestit hinc Omen, puto, Sponso, in spe lavo vulnus,  
 Suggestit & Sponsa, leniat una Dea.  
 Dix bene desieram, NEQUAM ESTIS VOS STUDIO.  
 Ille refert; verùm sint tua verba rata. (si)

X.

Philoso-  
 phiæ M.

Johannes Solsius,

ἀναγρ.

Nisi solve sonas.

**S**OLSI in me ferulis es sæpè crepantibus usus,  
 Seu tibi justa foret, seu tibi causa mala.

An Praeceptoris fidi tibi munus habetur,  
 Plagos à pueros exanimasse manû ?  
 Quos iria verba magis quàm ter iria verbera terrent,  
 Si discipline carps IANE modum ;  
 At tibi summa nates virgis vibrasse libido est,  
 Crassus ut ubertim profluat inde cruor.  
 Hinc Puer oblitus si fors iria verba, nec hore  
 Advolat ad punctum , nil nisi, solve, sonas !  
 I procul hinc ferulis torve & plagose Magister,  
 Et te olim puerum finge fuisse , VALE.



DECAS ANAGRAM-  
 MATISMORUM  
 OCTAVA.

I.

Patritius  
 Rostochi-  
 ensis.

Balthasarus Haënius,

àvazε.

An sana tu urbis ales !

F 2 An-

D. Marci  
Lufcovii  
filia.

Annula Lufschovia,

*ovæp.*

En Sol ac Luna juva.

**A**vdierat GALLVS non re sed nomine Gallus,  
Non Ignem, scabiem, Tusim, non cordis Amorem,  
Vel cauid quem posse modo calare, calore  
Ipse quoq; excandens, cantu spoliatur, & ipsa  
In spacia ampla fori volat, & jam fluctuat alis,  
Jam cristam extollit, rubicundaq; projicit ora;  
Conspici hunc Virgo (cujus praeordia cuncta  
Attenuare Venus jam coeperat) atq; ita fatur;  
Sunt nobis multi praestanti corpore GALLI,  
Qui matutino recreant mea pectora cantu;  
Qui vespertino recreant mea pectora cantu;  
Et qui nocturno recreant mea pectora cantu;  
Et qui inter sese magna vi rostra pedesq;  
Iactant, ut risu totus quatiare procaci;  
Verum hic tantum alios inter cristam erigit omnes,  
Cornua quantum inter fugitiva animalia Cervi.  
O utinam talis nostris sub tegmine GALLVS!  
Sic an: insuetumq; cibus sub corde dolorem  
Sensiscens, tales effundit pectore ductus;  
Ah sana, Rosae melior qui diceris urbis  
Ales, & expesbis Gallinam hanc GALLE sub alis  
Tu rege queso tuus; nam te pressante fovente  
Meq; meamq; animam, subito dolor omnis abibit.

Dixerat;



CENTUR. I. ANAGRAM. 85

Dixerat ; at GALLVS nunc huc nunc dividit illuc  
 Lumina, & extemplò videt ipso in lumine Nympham  
 Flammeolis oculis radios vibrare coruscòs,  
 Purpureisq; genis splendorem vincere Luna,  
 Et se lacteolis manibus nuicq; notari ;  
 Ergò ait ; ó Virgo vita mihi carior ipsa,  
 Quid me flammeolis longum comburis ocellis ?  
 En adsum toties totà quem mente peristi.  
 ANNULA, tu mihi LVX, mihi NOX, mihi sol, mihi  
 Luna ;

Si quid cordis habes (multum tibi cordis adesse  
 Sat scio ; ) qua molles exest mihi flamma medullas,  
 Hanc mecum pressisse juva, vel si quid aceròum  
 Aut te dulce tenet, mecum partire labora ;  
 Vna salus ambobus erit unumq; periculum.  
 Sic ille ; & subitò DEVS annuit, in thalamumq;  
 ANNULA BALTHASARO LVSCO-  
 VIA ducitur HANIO.  
 Quod Numen conjunxit, homo non separet ullus.

DECLINATIO GALLI.

EST animal GALLVS quo non vigilantius ullum,  
 Si modò vel GALLI naturam expenderit ullus ;  
 Multa sunt GALLO virtutes, commoda multa ;  
 GALLVM emat, officium si quis fecisse laborat,  
 O quàm GALLE piòs grata est tua cantio Musis,

F 3

A

86 M. ALB. WICHGREVI  
A GALLO discas, quam res sit commoda TEMPVS.  
Agricolasq; Ducesq; beani per carmina GALLI,  
GALLORVM agroris reficit caro lassula membra,  
Sunt GALLIS penna, sunt rubra cornua crista  
Qui GALLOS non odit, amat tua carmina MVSA,  
Dentibus ô GALLI quantum vestra ossula profunt  
A GALLIS igitur nunquam mea Musa recede.

II.

Patritius  
Rostochi-  
ensis, Iure-  
consultus.

Ioannes Grote,

*avaz.*

Ito, rege annos.

**N**Æ tua vernantis prada est luculenta juvenia  
MARGARIS, at nulli est aptior atq; tibi.  
Si genus, hæc par est, si formam, tota venusta est,  
Si species mores, tota virago tua est.  
Par, si membrarum trutines pondusq; staturæ,  
Haut exiet terrâ longior aut brevior.  
Ito ergo nove sponse, paresq; extrudito dotes,  
Subq; novo hoc annos, dico, calore rege.  
Atq; ita, nos annô quò vos triplicasse secundo  
Cernamus; IANVS sic mihi MAGNVS eris.

Iaco-

CENTUR. I. ANAGRAM. 37  
III.

Civis Ro-  
stochienfis  
Iurecon-  
sultus.

Jacobus Crollius,

*ἀναγρ.*

Os illico sub cura.

**C**ROLLI amor ELISSÆ, nunc te reor optima ferre  
Tempora, quando unus dicere duplex homo.

Nimirum hoc ipsum est, quod nos sudore, labore,  
Privatim petimus publicitus ferimus.

Quare vive tibi fugitivaq̄, gaudia carpe,

OS ORI, OSq̄, OSSI, OS sint & OS, usq̄ OS & OS.

Namq̄, ubi deterior vobis succreverit aetas,

Illicò ibi sub cura, oraq̄, & ossa cadent.

IV.

Philoso-  
phiæ M.  
Scholæ  
Rostochi-  
ensis Can-  
tor.

Antonius Aulæus,

*ἀναγρ.*

Eja! sanato vulnus.

Elyssa Detlesia,

*ἀναγρ.*

Eja! fiat, I, sed file.

**G**ratulor AVLÆE, & multum tibi gaudeo, verum  
Commiseror vna fata sinistra mee;

F 4

Nempè

## 88 M. ALB. WICHGREVI

Nempè mihi lustra (heu!) jam quinq; & quattuor anni  
 Diffugiunt, canent & mihi barba, caput;  
 Et memè ante virùm juvenum pars tanta Magistrùm  
 Consumunt patres, adificantq; domos.  
 Nulla tamen blandò tetulit mihi basta virgo,  
 Nulla mihi dixit 'sit tibi fausta dies.  
 Nulla mihi dextram porrexii, nulla corollam,  
 Nulla juvet mecum dixit habere choros.  
 Credo ego fatales me sic servare sorores;  
 Meq; unum Venerem fronte notasse nigrâ.  
 Quodq; mihi restat fugitiva lucis, id omne  
 Dividere in curas, sava pericla, necem.  
 Aut quod me Deus, aut Sors ad meliora referrent  
 Tempora, Virginibus queis petar ipse decem.  
 Vnicum id optatè mihi stat solamen Amoris,  
 Dicere, quò liceat sat citò, si benè sat.  
 Nam satis eja canam, canet & satis eja puella,  
 Illa, ubi splendet, quàm validè opto, dies.  
 Tu modò scande thorum AVLÆE ô dilecte sororum  
 Sarcule, quem cantus Doctor Apollo fovet.  
 Quog; tuâ Sponsâ traducas mollius arum,  
 Finitat angores nox & opaca tuos,  
 Dispositis Anagramma notis bis terq; sonato  
 Eia agè sanato vulnus ELISSA meum.  
 Auguror, ipsa lubens Anagramma tibi oggeret istud,  
 Cum fuerit liciti pars adamata ibori.  
 Eja citò fiat, pariter ludamus ocelle,  
 Sed sacra te moneo per-pia, sponse file.

Ludite

CENTUR. I. ANAGRAM. 89

Ludite concordēs igitur, quō mēsse secundā  
Tertia apud gratum ferveat aulla focum.

V.

Civis Ro-  
stochiensis

Jacobus Nethlenbladius,

*ἀναγρ.*

Hic blanda venit suboles.

Virgo Ro-  
stochiana.

Gertrudis Hofmaniana,

*ἀναγρ.*

Grandis fiam venator.

Sponse Camenarum non vilis gloria, tuq;  
Candide virginei floscule Sponsa chori.  
Ore favete, auresq; mihi praebeite vacivas,  
Materies mira nam venit ampla spei.  
Nomina vestra recens ego castigare parabam,  
(Aptum erat ad studium hoc tempus & hora meū.)  
Cum tu fiebas, cultissime, femina, Sponse,  
At tu fiebas vir mihi Sponsa ferus.  
Illene, mussabam, cum quō tot condere soles  
Me memini, in Rhodio est femina factus homo?  
Et, magē quod mirum, jam virgo virilia sumsit  
Arma, & naturam misit amica suam?  
Sic ego; sed Genius mox dicere, seria sunt,  
Quae veniunt positis omina nominibus.

F S

AA

90 M. ALB. WICHGREVI

*Atq̄ ita, dupla sient ne nomina dupla, sed una,  
Alterutri & proprium proprium utriq̄ suat.  
Nam si cor duplis unum, mens unica, & unum  
Pectus, cur uno non simul ore canant.*

*En! Hic blanda venit suboles, fiam atq̄ manebo  
Venator veri grandis Amoris; HAVE.*

VI.

Poeta Lau-  
scatus.

Balthasarus Exnerius.

*ἀναξ.*

Sanè surrexi ablatuſ.

*S*æpe ego sum Musis, sum sæpe ablatuſ Amicis,  
*Sed virtutis amans vincere multa poteſt.*

*Sæpe ſalutavi Muſas, iterumq̄ recepi  
Cultores calami, verſibus, arte, fide.*

*Gratia jam Muſis ſane ſit, gratia Amicis,  
Quorum ego ſurrexi laude, favore, fide.*

*Nil ego nunc metuo, at SPERO MELIORA, probaq̄q̄  
Fautores, Muſas, Virgineumq̄, ehorum.*

VII.

Philoso-  
phia &  
Medicina  
candida-  
tus.

Ianus Boechmanus,

*ἀναξ.*

Næ! bonus amicus.

*M*agna fuit quondam BOEchmane, immò aurea Vir-  
*Prebere infractum pectus Amicitie; (us,*  
*Omnia cum fierent canâ Virute Fideq̄,*  
*Et ianum caperet pramia digna Bonus.*

Tunc

CENTUR. I. ANAGRAM. 97

Tunc Pylades socij casus comitatus in omnes,  
 Hæfisti socio fidus Orestæ tuo ;  
 Tanta fuit prisco socijs reverentia seculo !  
 Tantus erat firma cultus Amicitia !  
 Nunc jacet in tenebris contemptâ vilior algâ,  
 Exulat & totid nomen in orbe Fides ;  
 Mortua jam Pietas , defecit & ardor Honesti,  
 Et stat in extremò jam ruitura Fides.  
 O mihi qui nutum certatim ostendere amicum  
 Vsq; solent, semper pectora fida forent !  
 Sed modò cum pueris juvenesq; viriq; senesq;  
 Mella ferunt ore, at pectore fella gerunt ;  
 Næ mihi tu BŒCHmane bonus cantandus amicus !  
 Semper amicitia vincla tenere studens.  
 Mahe istac Virtute ! parit Constantia laudem ;  
 At Levitas pessum suèvit abire ; VALE.

IIX.

I. U. Can-  
 didatus,  
 Patritius  
 Rostochi-  
 ensis.

Ioannes Bunsovius,  
 Ἰωάννης.  
 Sis bonus, venio una.

I ANE suum rediit circumfluus annus ad ortum,  
 Et prope defessis Phœbus anhelat equis ;  
 Ex quò post duris genetrix enixa dolores,  
 Te dedit emerito tempore lata patri ;  
 Si posset suboles tormenta expendere matris,  
 Propter que fortium sustulit usq; suum ;

Viveret

92 M. ALB. WICHGREVI

*Viveret in natis major reverentia ; posset*

*Major & in matrem crescere prolis amor !*

*At quous-his-quisq, est, qui talia cogitat, aut cui*

*Gratia praeerit parva laboris adest !*

*Sis bonus & BVNSOVI, unaq, expendito mecum ;*

*Hoc quantum poscat tempore Mater opus ;*

*Amphora non vini est, Rosa non est nobilis, haud sunt*

*Grandia Sidoniis pepla recocta focis ;*

*Quidnam igitur ? juvenem non ista capessere credo ;*

*Sed qui jam didicit quid fiet esse patrem.*

*Ergo ego quaesitum venio modò FANE, parentem*

*Vt referas, quando te juvet esse bonum.*

IX.

Philoso-  
phiae olim  
Magister.

Petrus Aurimontius,

ἀναγ.

Vt montes puri auri.

**N**ON hic multiplici constat sermone libellus,  
*Sed comis brevitatis arte coarctat opus.*

*Est etenim virtute magis quam pondere, cuncta*

*Res ad iudicium pensiculanda grave.*

*Sed tamen ut montes auri splendescere puri*

*Cernis, & à cunctis nocte dieq, peti.*

**SIC AVRI—MONTI** reor hic fulgore libellus

*Emitet ingenij, quem sibi quisq, petat.*

Ludo-



Philoso-  
phiae olim  
Magister,  
D. Aegidii  
filius.

Ludovucius Hunnius,


avvzq.

Ludo vivus nuncius.

**C**are pater toti longè notissime mundo  
Hei! constans gemitus supprime, care pater.  
Sic hominum res Fata rotant, me ponè sequentur  
Cum pueris juvenes, cum senibusq; viri.  
Non obij (scù hoc) quamvis sim jussus abire  
Corpore, & exanguì contumulatus humo.  
In terris benè qui vixit, benè vivet in aulâ  
Æthereâ, semper sic quoq; vivus ego.  
Inter ego Angelicam nam vivus ludo cohortem,  
Edoctus mundi spernere delicias.  
Ergo care Pater lacrimas suspendito, cernin<sup>o</sup>?  
Sit quanto melior fors mea sorte tua?  
Ingenium minuit luctus, sacrosq; labores  
Enucleare vetat dexteritatis ope.  
Esto alius, supraq; tuos exurge dolores,  
Perge Scholisq; vigil pangere plura piis.  
Nuncius en adsum tibi jam fidissimus, hei hie  
Laurea scepra feres, aurea scripta feres.



DE-

  
 DECAS ANAGRAM-  
 MATISMORUM  
 NONA.

## I.

Senator  
Pritzvvalc-  
censis.

Ioachimmus Rawius,

*à vaxe.*

I amor, vivus amicus.

**I** amor, in nostro qui fixi pectore sedem,  
 I amor, & vinci RAWIVM utrumq; citus,  
 Vivus enim pater est, est vivus gnatus amicus,  
 WICHGREVIO ille faret, WICHGREVIUM iste foret;  
**I!** vinciq; ambos, IOACHIMI id postulat equi  
 Clara dies, optans saepe, redire tibi;  
 Si modò in pares, & si gnatusq; parensq;  
 Laeticijs Genio consecrat usq; suo;

## II.

Philoso-  
phiæ M.  
Scholæ  
Magde-  
burgensis  
Collega.

Davides Laurentius,

*à vaxe.*

Deus dat vilia, en rus.

**C**ontentum modicis quod carpere Zoile tentas,  
 Anne tibi sanâ mente videre loqui?

Fortè

CENTUR. I. ANAGRAM. 95

Fortè tibi docta sinxerunt pectus Athena  
Quod sapis humanis altius ingenii.  
Disce supercilium deponere, temnere disce  
Nullos, dat magna & vilia cuncto Deus.  
Si tibi sum vilis nimium, te hinc aufer, & en rus!  
Hoc hoc te Dominum nuncupat esse suum.

III.

Archidia-  
conus  
Pritzvvalc-  
ensis.

Gregorius Amelingius,

ἀναγρ.

Egregius amor linguis.

QVsq; canit quod amat, sic tu divine Sacerdos  
AMLINGI, linguis Numina sacra canis.  
Hac amor egregius tibi sunt, hac ergò Pelasgà,  
Hac Lana, hæc lingua, Teutonicag; sonas;  
Sic, ut ad hanc, ut ad hanc, ut ad hanc, se accommodet e-  
Ordo hominum, & tecum gaudeat esse pius; (mnis  
Vive sacer custos, linguis cane Numina, & omnis  
Ordo hominum, tecum sidera celsa petet.

IV.

Dithmar-  
sus, I. U.  
Candida-  
tus.

Nicolaus Bruenius,

ἀναγρ.

Nunc orabis, vel vis.

CERNIS ut inceptet toto modo praelia mundo,  
Et vastet Latios Turcicus horror agros.

Cernis

98 M. ALB. WICHGREVI

*Cernis ut hic miserum dirâ contage popellum*

*Ab infesta lues urat, ibiq, necet.*

*Cernis ut angustet frugum penuria cives,*

*Cernis ut ipsa fames corpora multa premat;*

*Scilicet ð BRVNI, caput horum & caussa malorum*

*Nos sumus, ab homines turba superba mali!*

*Ergo tibi (quis enim neget hoc?) dum cœlica cure*

*Arx, tantumq, DEVS vota precesq, velit;*

*Nunc mecum orabis, vel vis inimica tehora*

*Mox sinet ut dirò pessum eat omne modò.*

*Hoc tibi ceu Theseus hâc pono hortamen in urbe,*

*Cui modò postremum (iriste) relinquo VALE.*

V.

Theolo-  
giæ candi-  
datus.

Ioachimus Bruerus,

ἀναγρ.

Verus amicus orbi.

**A**ERE BRVERE dato multos modò cogit amicos  
*Fraude triumphali hoc tempore Papa sibi.*

*Interea ipse tamen Christi fit maximus hostis,*

*Dividens cœlum prog, solò atq, salò.*

*Linguitu tu Papam, satis orbi es verus amicus,*

*Ei tantum studeas carum habuisse DEVM.*

*Nempe illum in triplici cujus (mirabile) partum*

*Virtute, hoc arcto das IOACHIME librò.*

Hënnin-

Ecclesie  
Hamburg.  
quæ est D.  
Georgii  
pastor, au-  
toris pater

Henningus Wichgrevius,

*ἀναγρ.*

Age vir, nunc vige in usus.

**S**unt tibi nunc annis animisq; & viribus una  
Matre duo nati filioeq; duo;

Albertus SPONSVS, Catharina, Henricus, Elysa,  
O pater hanc vitam carior ipse mea.

Ergo age nunc vir sis, nostros vive & vige in usus,  
Dum modò adhuc vegeto in corpore vita, salus.

Qua tibi ut ad centum vigeat feliciter annos,  
Hoc anni exodiò, ceu decet, oro, novi.

VII.

Philoso-  
phia M.  
Conciona-  
tor aulicus

Bernhardus Vuloderius.

*ἀναγρ.*

Durus labor, veni, dures.

**S**cis, vetus est verbum durus labor omnia vincit,  
Atq; solet pulsà nube micare dies.

Credo ego suspensa te hoc inscripsisse tabellæ,  
Vt te ne sudor, contraheretve labor.

Lux presens restatur opus, partitor honorum  
Qua te WILBRANDVS pulpita ad alta vocat.

Vt BERNHARDE tibi viridanti tempora laurû  
Cingat, & Aoniû inferat ordinibus.

G

Ruge

98 M. ALB. WICHGREVI  
Euge veni BERNHARDE veni, te possit Apollo  
Non fastiditis annumerare viris,  
Fallor? an applaudat longè domus aurea Phœbi?  
Hei dures titulo condecorate novo.

VIII.

Medicinæ  
olim can-  
ditatus,  
P. L. miles  
Cretenfis.

Davides Crollius,  
*avare.*  
O scis dura duelli!

**N**on ego de nihilo, CROLLI, reor esse, Senatus  
Quod nobis vatum charta-notavit-anus.  
**Q**ua Iovis è cerebro salit armata, Minerva  
Esse datas artes, esse data arma Dea.  
**N**am velut hinc crescit Sapientia, sic datur inde  
Finire inceptum mox sapienter opus.  
**Q**ue nisi jungantur, frustra clamatur ad arma,  
Semper & est felix exitus in dubio.  
**S**unt etiam exigua duro in certamine vires,  
Consilium si non ceperis ante domi.  
**Q**uin res consilij vacua usq; ruitq; ructq;  
Musa docet Lyrici ceu Venusina senis.  
**C**ROLLI igitur Laus dupla tua est, præ milite multo  
Gnaviter urfisti Martis & Artis opus.  
**C**ANNIA te ternos vidit mavortia ad annos  
Arma sequi, atq; hostes ense ferire feros;  
**D**ulcia sed contra Germania Tempe frequenter  
Te vidit demptâ subcoluisse morâ.

O uti.

O utinam exemplum caperet musæa caierva,  
 Non ita Barbaries funera tanta daret.  
 Tu mihi tu salve CROLLI, scis dura duelli  
 Munia, scis rectè Musica castra sequi;  
 Quid si exanilati non pramia iusta laboris  
 Ceperis, olim amplâ fors dabit alma manû;  
 Nimirum rectè hinc Alpinos s. andere montes  
 Audes, & Patavi visere templa soli.  
 Auguror, extemplò totâ gens surget in urbe,  
 Et tibi de Geniò carmina grata canet;  
 Quin & Apollo tuis imponet crinibus, herbis,  
 Floribus & foliis ferta parata novis;  
 O mihi si tecum liceat transcendere, & urbes,  
 Et varios mores noscere in orbe novo l  
 Optio sed frustra est, neq; enim fortuna secunda,  
 Ergo vale CROLLI, perpetuumq; Vale.

## IX.

Philoso-  
 phiæ M.  
 P. L.

Paullus Rutingius,

ἀναρχ.

Tu plausu in gruis.

SORTIS ad arbitrium devinctus vertitur orbis,  
 Inq; vicem redeunt candida & atra dies;  
 Non ita multa dies abijt, cum corpore sanò  
 PAVLLE fruebatur mens mea, mensq; tua.  
 Nunc miser in lecto febris cruciamine vexor,  
 Jamq; capit frigus membra, calorq; necat;

G 2

Sic

100 M. ALB. WICHGREVI  
 Sic ego ; tu plausu PAVLLE ingruis, atq; capessis  
 Mansuri aeternum dona Magisterij.  
 Non certe invideo , precor at magis omnia fausta,  
 Tu quoq; pro nostrâ funde salute preces.  
 Dum precor hæc , paululum sese tortura remittit,  
 Quis scit an atra mihi sit reditura dies ?

X.

Philoso-  
 phiæ M.  
 Astrono-  
 mus.

Christianus Severinius,  
*avaze.*  
 Sane vires sunt huic, rîsi.

**C**VM primum adspicerem SEVERini frontis honorè,  
 Quis, Qualis, Quantusq; esset homo reputans!  
 Rîsi ego non raro, nec hilum sapientis habere  
 Credidi, at hic Qualis, Quantus & error eras!  
 Ascendit mecum nuper tecta ultima turris,  
 Defectû ut Luna poneret insidias.  
 Heu ! quoties mecum optabam contingere terras,  
 Abripere ille oculos protinus ecce meos.  
 Et nî custodis templi mens sana fuisset,  
 Sensisset terras frons prius atq; pedes.  
 Pauca quidem dixi, fateor, majora requiris ?  
 Sunt sanè huic vires, quas petat alter ego.  
 Discite at hinc juvenes DEA quam sit OPINIO fallax,  
 Nec vultus hominem sed probe artis opus.

DE-



DECAS ANAGRAM-  
MATISMORUM  
DECIMA.

I.

Theolo-  
gus.

Mathias Urbanus,

*ἀναγρ.*

Intus Abrahamus.

**Q**ui credit, salvatur, ut hoc sacra pagina monstrat,  
Nil opera ergo valent, salvat at una fides.

Exemplo nobis Abrahamus, is ipse IEHOVÆ

Credidit, hocq̄, ipso, credito, justus erat;

Tu quoq̄, justus eris MATHIA Abrahamus, avaram

Si spem, ceu factum est hactenus, intus alas.

Testor id expensâ cum syngraphâ, & obdo sigillum

Quod certus nostri testis Amoris erit.

II.

Philoso-  
phiæ M.

Georgius Stegemannius,

*ἀναγρ.*

Egi, gens, novus Magister.

**M**ilitem in Aonidum castris ego fortiter egi,  
Multâ domi passus iristia, multâ foris;

G 3

Sci-

102 M. ALB. WICHGREVI

Scilicet hæc vici duros tolerando labores,

Atq; hinc gens hodiè tollit ad astra sonum.

Cedite Lurcones, ignavi cedite fuci,

Vosq; minorum Dii Gentium abite procul;

Nam novus egreditur Musarum ex æde Magister,

STEGMANNUS, turbâ cinctus Appellineâ

Cedite vos fuci, vel si juvat usq; morari,

Discite quid VIRTUS quid valeatq; LABOR.

III.

M. Erasmi  
professo-  
ris Phyfi-  
ces filia.

Sophia Stocmaniana,

*avæz.*

O sana aspicit omnia.

**L**umine adempta tibi cum sit STOCmane SOPHIA,

Ecquid perpetuum lumine adempta tibi?

Vix potuit cæli convexa rotunda tueri,

Vix potuit matrem nosse SOPHIA suam;

At jam tristitia morbig; dolore soluta,

A puncto vitæ quo fuit acta statim,

Sana SOPHIA modò satis adspicit omnia, & omnes

Novit mortales, novit & ipsa Deos;

O felix longam Virguncula, cui dedit hora

Mortis tam placidum nigra salutis iter!

Nico-

Reip. Ky-  
ritzensis  
heredita-  
rius olim  
judex.

Nicolaus Maesaeus,

ἀναγ.

O es unica mea salus!

**T**u mea *Christe* salus ô es unica! *Quare* age Tu  
me  
Per Tua me *salva* vulnera, *Christe*, salus.

V.

Notarius  
publicus.  
Gustrovi-  
ensis.

Matthæus Mmenius,

ἀναγ.

Hem! Tu me intus amas,

**C**are senex, magnos inter celebrande Poëtas,  
Teutona cui & Latia est scribere gesta datum;  
Pramia qua tandem tibi digna reponere possim,  
Quod placidò serus legeris ore meos!  
Quis lubuit magnos decorare sub aethera HOMVLLOS,  
Fabula quisq; bonis facta VETVLLA viris;  
Dispeream nò te totum complectar amore,  
O utinam carus tam valeam esse tibi!  
At certè tu me intus amas, ut Epistola testis,  
Quæris amicitiam hinc & mea scripta probas.  
Hem! MATTHÆE tibi sincerâ hanc spondeo mente;  
WICHGREYÿg, precor sit tibi cura tui.

G 4

Petrus

Iurecon-  
sultus.

Petrus Tirrætus,

ἀναγε.

Sit terreat, purus.

**S**it licet ex angues aeternum terreat umbras,  
Cotidieq; furens nil nisi dira crepet,  
Magna cohors, longè terram quæ sÿmate verrit,  
Et simulat vultu cum pietate fidem;  
Nil ego percutor; non cui frons ductilis aurâ,  
Sed cui mens recti conscia, purus homo est.

TIRRÆTI anne aliquis diducto in gutture cernat,  
Sponte quod Hereticus gaudeat esse novus?  
Quodq; Strophis alios subter sua regmina doctis  
Pellat, & ampullis resqua per hirta rebat?  
Scilicet hic superis labor est, quod vestra miselli  
Pectora torquetis non sine bile viri.  
Pergite dum lubitum est, in me vomite omne receptum  
Vestrum odium, sortem heic ibo in utramq; lubens;  
Si bona mens saliet, mala si, vincenda ferendo est;  
„ Quis vetet ad sortis vivere fata mea?

VII.

Philoso-  
phia M.

Gregorius Trincinus,

ἀναγε.

Urge cursor, si ningit.

Infelix

**I**n felix alias currit peregrinus ad oras,  
 Si ningit, magno & frigore canet humus.  
 Sæpe ille à rectò defessus tramite aberrat,  
 Nec facile hospitium quod cupit, ille capit.  
 Sæpe aded illius vis frigoris aspera stringit,  
 Abrumpat mediâ ut corpora Morta viâ.  
 Na tu cautior hoc TRINCERE (ita credo) fuisti  
 Tempore, quem hæc frigus Nixq̃, morata fuit.  
 Nam citius mutasse solum te si qua lubido  
 Fuisset, doctas visere & Albicolas;  
 Forsan & hac Hyemis tete inclementia save  
 Macchasset, rabiem tam fera in indomitam.  
 Nunc urge ut cursor, quò te vestigia ducent,  
 Per non ingratas iq̃, rediq̃, vias.  
 At labor insomnis, Virius, Doctrinaq̃, dudum  
 Quæ meruit tecum fer nova dona, vide.  
 Rectius ut claris titulis & honoribus auctus  
 Ingenii vires exercere inde queas;  
 Imbibere & medicas valeas vigilantius artes,  
 Doctus & ægrotis ferre salutis opus.

## II X.

Patritius  
 Lunæbur-  
 genfis, Ju-  
 reconful-  
 tus.

Henricus Mulnerus.

ἀναγρ.

En furculus in rem.

**O**mnis in irrise viridanti tempore vita  
 Ingenij proles prodere digna solet.

G S

Nec

106 M. ALB. WICHGREVI

Nec ratione carenti quæ hæc est cura parentes  
Condere de primis spemq; metumq; nois.  
Ecquid & hoc MULNERE in te? sic auguror, utrumq;  
Et reor ad patriam facta fuisse focum.  
Surculus ergo bone quia duceris arboris, olim  
Quin fructum optatum te dare posse putem?  
En quod aves modo habes, si non cultura quiescat,  
In patria poteris rem satis esse diu.

I X.

Autoris  
affinis.

Mathias Chemenitius,

ἀναξ.

Hem! huic fat animi est.

NE vestro hanc, MVSÆ, ne vestro excludite prolem  
Ordine, sed Claræ pars fiet oro chori.  
Est fat huic animi; Hem Genius si crescat ad annos,  
Non poteris vestri non decus esse gregis.

X.

Dn. Johan-  
nis filia  
primoge-  
nita, virgo  
lectissima,  
Nunc  
Vatis uxor

Elisabetha Chemnitia,

ἀναξ.

Hæc sit mea Libentia.

I Te procul vigiles, procul hinc secedite cura,  
Et cura genitor dure facesse Labor,  
Ira valeto furens, & amara prælia lingua,  
Et mater Divis dira vetulla vale;

Non

## CENTUR. I. ANAGRAM. 107

Non ego Parcarum meditor describere jura,  
 Pingere nec Genium clauda Vetulla tuum;  
 Hac alij sudent, per me licet, usq; in arenâ,  
 Materies non est versibus illa meis.  
 Me letus Genius, Genij & Germana Voluptas  
 Excitat, & Risus, & sine felle sales;  
 Me me letus Amor, me me rapit aurea Cypris,  
 Accensas sibiris, que movet usq; faces.  
 Hanc, licet indoctis, celebrabo versibus; Ergo  
 Pro rixâ risus, crimine carmen eat.  
 Carmen eat, quod si culpam grandior aetas,  
 Quid refert? Rex est imperiosus Amor;  
 Hic etiam interdum tristes rigidosq; Catones  
 Vrit, & insanos in feritate facit,  
 Non opus exemplis, circum tua lumina flecte,  
 Invenies omni millia multa loco;  
 Sed quid ego, quid ago? que me excusatio purgat?  
 Non mens seria nunc fingere, fingo jocos;  
 Fingo jocos, ignemq; cano, bellamq; puellam  
 Carior bis oculis que mihi, & ipsa Animâ.  
 Bella puella veni, mihi sola Libentia adesto,  
 Exornabo tuum bella puella CAPVT.  
 O caput! ô tali longum dignissimum Amicâ,  
 O capite & Laidos pulcrius & Cypridos,  
 Non nimis angustum, non est nimis illud onustum, haut  
 Forma rotunda nimis, non ea longa nimis.  
 Anterior palmam rectè pars surgit in unum,  
 Et bis septenos panditur in digitos;

FRONTI

## 108 M. ALB. WICHGREVI

Fronte sub hac niveâ, laudata Modestia claret,

Fronte sub hac Gravitas cum probitate nitet ;

Fronte sub hac Pietas, antiqua Fidesq, Pudorq,

Fronte sub hac Candor cum Pietate laet,

Fronte sub hac laitant Minimi, Sophia atq, Minerva,

Ingenium velox, ingenuusq, Animus.

Bella puella veni, mihi sola Libentia adesto,

Iam dicam FACIEM bella puella tuam :

O decus ! ô facies ! ô Cypride digna parente,

O & Germanis digna Cupidinibus !

Tota decens, tota est hilaris, est tota venusta

Totaq, nativo pulcra colore placet ;

Non ceruffatis incedis candida buccis,

Non fucata genas bella puella venis,

Sapè ego cum stomacho memini te dicere, Nymphæ

Ab pereant, quibus hac cura decoris inest,

Quid juvat externo formam corrumpere luxu ?

Atq, peregrinis cultibus inficere ?

Nonne Deus nobis faciem dedit ? ô scelus ! isto

Polluere artificis munera tanta modo ;

Quæ facies virgo prodit formosa colore,

Nativisq, nitet doribus illa placet ;

Bella puella veni, mihi sola Libentia adesto,

Exornabo COMAS bella puella tuas ;

Quas ubi ego in nodos concinno ex ordine lectas

Conspicor, heu ! vatem te reor esse novam ;

Quas ego cum video rubicunda per ora fluentes,

Differeam si te non rear Deam ;

Talis



CENTUR. I. ANAGRAM. 109

Talis inest illis color admirabilis, ipse  
 Quem sibi Apollo petat, Cypris & ipsa petat;  
 Talis inest illis odor optatissimus, omnes  
 Protinus ut nares abripiat teneras,  
 Exos & exanguis non hasce pedunculus audet,  
 Non audet Pulex contemnerare comas;  
 O digna! intendas quas chordis, ô magè dignæ  
 Quas testudinibus Dadalus ipse duat!  
 Tam laxa & valida, vincant ut viribus omnes  
 Heroas, vincant terrigenosq; Deos;  
 O felix juvenis cui contigit hasce videre,  
 O felix nimium cui licet arripere;  
 Bella puella veni, mihi sola Libentia adesse,  
 Iam decorabo OCVLO S bella puella tuos;  
 Magnum hoc Vatis opus; Quis enim satis ista decenter  
 Laudare humanâ lumina voce queat?  
 Non etenim humana hac sunt lumina, lumina dia,  
 Lumina sidereis amula luminibus;  
 E quibus immensus tepidi micat ardor Amoris,  
 E quibus, (he! mirum,) Vitaq; Morsq; volant;  
 Nuper eram in mensâ, foliis certare paratus,  
 Apposita en lateri cum foret illa meo;  
 Vera canam me flammeolis spectabat ocellis,  
 Et subit in cerebro crescere vita meo;  
 Iamq; verum obtutu ridens me Virgo notabat;  
 Et subit in membris serpere Morta meo;  
 Esse quid hoc dicam? quod sic frigus, caloremq;  
 Vno è virgineo lumine imitat Amor,

CUM



110 M. ALB. WICHGREVI

Cum tamen inter se magnâ vi proelia jactent,  
 In ipsâ nequeant sedibus esse pares.  
 Bella puella veni, mihi sola Libentia adesto,  
 Iam decorabo AVRES bella puella tuas;  
 Qualiter in campo, sparso clangore tubarum  
 Arrectis sonitus auribus haurit Equi;  
 Iamq; caput quatit, ac ad toi discrimina vocum  
 Mox aures volucres trajicit in radios,  
 Haut aliter, cum mysta tonat sacra dogmata, vel cum  
 Deproperat suavis Musica dulce melos;  
 Bella puella aures montem submittit in altum  
 Et dios motus mens generosa capit;  
 Si videas formam, tota est laudabilis illa  
 Namq; rotunda satis, tum rubicunda satis,  
 Quin & curia satis, satis & pellucida, vix ut  
 Possideat parilem gemmea concha domum;  
 Si pariter largi certa est nota pectoris auris,  
 Utraq; quando suo distat ab ore procul;  
 Regia tum fuerit mea MVNIFICENTIA virgo,  
 Utraq; cujus abest auris ab ore procul;  
 Bella puella veni, mihi sola Libentia adesto,  
 Iam dicam NASVM bella puella tuum;  
 Est habitus Persas inter pulcerrimus omnes  
 Ille, cui quondam Nasus aduncus erat;  
 Causa subest, Naso Cyrus decoratus adunco,  
 Dicitur ob id Regum quod fuit ante iubar;  
 Et benè, nam doctis si credas, Nasus aduncus  
 Judicium foris pectoris esse solet;

Huic

CENTUR. I. ANAGRAM. III

Huic quoq; aduncus inest (decus admirabile) Naso,  
 Nasus qui grati spirat odoris opus;  
 Scilicet hinc fulgent generosi pectoris arma,  
 Intrepidq; nitent splendida signa animi;  
 Non unquam (memini) duras alit ille vibrissas,  
 Nec mucum patulis naribus ille jacit;  
 Surtia non unquam illi induruit horrida Naso,  
 Tantus in angustiis naribus ignis inest.  
 Bella puella veni, mihi sola Libentia adesto,  
 Nunc tua nunc veniunt ORA canenda mihi.  
 Ora canenda mihi, PALLAS qua condidit ipse,  
 Et qua Virgineus pinxit ð ipse Pudor,  
 O rosea! ð mellita ora! ð rubicundula & arcta!  
 O blanda! ð nimium candida! pura! proba!  
 Quis mihi basolum liceat si ferre valere  
 Mandem ego divinum Nectar & Ambrosiam.  
 Non valet hac sevi vis aspera scindere venti  
 Stringere non audent frigora magna labra,  
 Nec tamen ad validos cutis hæc occalluit ictus,  
 Crassa velut mollis sed tegit illa labra;  
 Dii vos purpureum his labris servate colorem,  
 Nec finite inficere hæc bella labella senem;  
 Quin date crebra petat quem per suspensa Virgo,  
 Musico amatori bella labella novo,  
 Lactea lacteolis valeat qui labra labellis  
 Injicere, & nectar sugere dulcacidum;  
 Bella puella veni, mihi sola Libentia adesto,  
 Iam dicam LINGVAM bella puella tuam;  
 Non

Non ea in ambiguas archata ligamina voces  
 Solvit in obscuros non ea claustra sonos ;  
 Vera canit, jucunda canit, canit illa pudica,  
 Grata canit faustis, fausta canit miseris ;  
 Contemnit tumidos, timidos solatur, avari  
 Spernit opes, laudat munera parca piūm.  
 Quando opus est lepto cantu, suaviq, loquela,  
 Marchiacos vincat Rhetoras illa novos,  
 Illa sonat, sonat illa nihil nisi mellea verba,  
 Nil nisi conditum sit gravitate sonat ;  
 O mea si posset tam verbis rotunda proferre  
 Lingua, fors plures arca teneret opes,  
 Sis mea sis oro pulcella puella Magistra,  
 Atq, tuo Linguam hanc imbue rore meam ;  
 Nil moror ipsa decus vatis, titulumve Magistri,  
 Si modo tu Vates sisq, Magistra mihi ;  
 Bella puella veni, mihi bella Lubentia adesto,  
 Relliqua jam dicam membra decora tibi.  
 Candida colla, humerosq, breves, & brachia dicam,  
 Lacteolasq, manus, subteretesq, pedes ;  
 Sed satis est dixisse uno tot carmine membra,  
 Quae nequeunt multis pingier ipsa metris ;  
 O verò ! o quanam lateant sub pectore tanto  
 Virtutes ? quinam Spiritus intus agat,  
 Quis sub corde calor, niveo qui in pectore motus,  
 Quis simul in toto corpore serpat Amor ;  
 Flectere si nequeo Venerem, Venerisq, catervam,  
 Numina vos oro dia favete mihi ;

Hae

CENTUR. I. ANAGRAM. 113

Hæc mea fit, mea fit, mea sola Libentia, sola  
Sola mea requies mentis, & unus Amor.  
Hujus ad arbitrium vite mihi gaudia currant,  
Hujus ad arbitrium tristia queq; fluant;  
Huic mihi contingat dare basia, basia mille,  
Basia que nullus dinumerare queat;  
Hanc liceat solam tremulis pressisse labellis,  
Hanc juvet in tepido sæpè fovere sinu;  
ELSA veni, virgo ELSA veni, sis pectoris ELSA  
Sola mei requies, ELSA veni, ELSA veni;  
Tecum ego per valles, colles, per devia tesqua,  
Et curvam nullo per loca tacta pede;  
Tecum ego dum juvenis vel Tartara nigra subibo,  
Tecum ego quando Senex sidera celsa petam.



H CHRI-

CHRISTIANI ACIDALI  
in  
LIBENTIAM  
WICHGREVI.

**Q**uiville pictor illius LIBENTIAE  
Politulae, Venustulae?  
Politulus, Venustulus WICHGRÆVIUS,  
Cui illa jam LIBENTIA  
Iugata nupere atque tota cognita  
LIBENTIAE elegantia.  
**Q**uid ille membra debitis coloribus  
Sit impotens repingere?  
Cui illa visa, tacta, pressa, suaviis  
Suaviata non semel.  
**A**mice; tu beatior, peritior  
Paphi parente; doctior  
**A**pelle; Apellis affectisque singulis  
Beatior, peritior;  
**B**eatè pictor. & mihi LIBENTIAE  
Placet tuæ simillima.  
**S**ed illa picta, ficta imago non placet,  
Nec ulla scripta imaginum,  
**P**lacet nec ulla tacta, pressa, & osculo  
Suaviata vel semel.  
**S**ed; Ah quid imperita dextera occipis?  
Tibine tute pingere  
Studes puellulam? peritius tuo  
**E**s impotens WICHGRÆVIO.

CHRISTIANI

CHRISTIANI ACIDALI  
L U S U S

in

PUELLAM ET VETULLAM  
WICHGREVI.

---

Albertus Viechgrævius,

*ἀναρχ.*

Cur Vetulis gravis ē habe,

---

Albertus Vichgrævius,

*ἀναρχ.*

Vel curis argivè beatus.

---

**N**ON WICHGRÆVE novem faciles in vota puellas  
Miror, dum canitur BELLA PUELLA tibi;

Nec mirum WICHGRÆVE ! novem favisse puellas

Sponte Puella hujus laudibus ex animo;

Nam tribui si tanta queunt Encomia dignè

Terrigenis, dignè cœlitibusq. queunt;

Nec dubium quin digna Tua his sit laudibus. Ergo

Laudate faciles sunt tibi jure DEÆ,

Sed WICHGRÆVE novem faciles in vota puellas

Miror, dum canitur FOEDA VETULLA tibi;

Iure equidem. Pestis namq. illa hominumq. Deūmq.

Namq. odium illa hominum; namq. odium illa

(Deūm.

H 2

As-

I-



Annè idèd faciles dederint se in vota puella,  
 Omnibus ut fieret nota VETULLA magis;  
 Anne idèd cunctis ubi nota VETULLA, notarent  
 Vt Vaies Satyris non aliàs Saturam.  
 Anne idèd magis ut vietur Dira VETULLA  
 Atq; amplectitur digna, PUELLA coli.  
 Ann<sup>o</sup> magis ut pulsis tenebris, Lux illa Puella  
 Clarior, & longè gravior esse queat;  
 Sit quodcunq; tamen miror, quod FOEDA VETULLA  
 Quodq; adèd & penitus nota PUELLA tibi;  
 Ann<sup>o</sup> hoc à Divis rerum? pinxisse videntur  
 Artifici & docta qua mihi utramq; manu;  
 Hoc WICHGRÆVE peto dicas: Cœline beata  
 Cum VETULA fœdâ scandere templa velis;  
 Vel magè cum pulcra, qualis tibi scripta, PUELLA  
 Horrendi Ditis fœda habitare loca;  
 Elige, concessa est nunc optio: diligis utrum?  
 Tartara an, an cœlum sic? peto, vera refer;  
 Horrescis? referas tantum WICHGRÆVE, pericli  
 Hic nihil est: animo quid meditare tuo?  
 Anne umes istam, quam scripsi & diligis unam,  
 Quod jubeas Stygias tecum habitare domos,  
 Quodq; istam diram, fœdam, claudamq; VETULLAM  
 Digneris stellis inferere auricomis.  
 Pone metum; nihil est; non invidisse laborat  
 Illa anui cœlum, si capit illud anum.  
 Cum monstro quatière foras, vel fulminis ictu  
 Trudère ad monstrorum horrida regna, Stygen.

Quin



**Quin** vix monstriferum te admittet Cerberus, ora  
Si monstrum monstri viderit horrifica;  
**Nullibi** Rivalem certè metuisse necesse est,  
Nec vel apud Superos, nec vel apud Stygios.  
**Accircò** si quis, Vetulis cur sis gravis, oret  
Inquit, habe, quia nec Sisyx nec Olympus amat.  
**Tartara** num malis cum, que tibi amica, PUELLA  
Scandere WICHGRÆVI dicitio & ingenuè;  
**Tartara** vix poteris. Plutoni namq; rapaces  
Esse oculos Orpheï comprobat Eurydice.  
**Indomitasq;** manus Proserpina clamitat. Ergò  
Infera quò poteris tutus habere loca,  
**Nec** celos poteris, queis dignus es ipse, PUELLAq;  
Ipsa est; namq; obstat Sors eadem hicce tibi.  
**Ipsè** etenim nosti qualis sit Iuppiter, ut se  
Mox aliam atq; aliam verterit in faciem;  
**Ergo** vel argivè curis Wichgrave beatus  
Hic tantum in terris cum Tuâ habeto domos;  
**Te** quia vix Pluto, vix Iuppiter esse beatum  
Permittunt quia nec solus amare potis.  
**Romane** te namq; coquent cura istius, ut ne  
Quis cupiat, capiat. Tu modò vive Tibi;  
**Tu** modò vive Tue: sic Grajà ritè Beatus  
Es curâ, curis liber ab Ausoniis.



CA-

# CATALOGUS NOMINUM

ex quibus

TOTA CENTURIA.

<b>A.</b>		Christoph: van Hagen	71
Adamus Gaants f.	8	<b>D.</b>	
Aemilius Flatro	10	Daniel Cramerus	f. 32
Albertus Heinius	16	Davides Fabricius	46
Albertus Dystelius	75	Davides Crollius	98
Albertus Wichgrævius	62	Davides Heinifschius	70
Andreas Grothenius	33	Davides Laurentius	94
Andreas Reichius	44	Davides Lobechius	66
Anna Dietlesia	81	Dithmarus Wachmanus	76
Annula Lucschovia	84		
Anthonius Rhawius	41	<b>E.</b>	
Antonius Aulæus	87	Elisa Dietlevia	87
<b>B.</b>		Elisabetha Heinifschia	77
Balthasar Exnerus f.	90	Elisabetha Chemnitia	106
Balthasar Haënius	83	Ernestus Cotmanus	60
Bartholomæus Dieterus		<b>F.</b>	
	18	Fridericus Rauhenperge-	
Bartholomæus Clingeus	58	tus 15	
		Fridericus Tilemanus	69
Benigna Fredereana	47	<b>G.</b>	
Bernhardus Wolderius	97	Georgius Mylius	65
<b>C.</b>		Georgius Stegemanus	101
Catharina Dieteria f.	34	Gertrudis Hofmaniana	89
Catharina Havemaniana	54	Gregorius Trincinus	104
		Gregorius Amelingius	95
Christianus Acidalius	37	<b>H.</b>	
Christianus Severinus	100	Henningus Walterus	34
Christoph: Sturcyus	11	Henningus Wichgrævius	97
Christoph: Henccelius	51	Hen-	

Henricus Bilovius 12  
 Henricus Lorcius 52  
 Henricus Mulnerus 105  
 Hieronymus Brodermanus 43  
 Hieronymus Poræbus 73

I.

Iacobus Alemanus 24  
 Iacobus Schorus 28  
 Iacobus Crollius 87  
 Iacobus Nethienbladius 89  
 Ianns Dieterus 18  
 Ianus Chemnitius 21  
 Ianus Rhoer 64  
 Ianus Bochmanus 90  
 Ioachimus Bassewitz 9  
 Ioachimus Schoncrmarcius 37  
 Ioachimus Rhawius 94  
 Ioachimus Radenicus 42  
 Ioachimus Coterus 81  
 Ioachimus Schultetus 45  
 Ioachimus Reichius 50  
 Ioachimus Hartiges 80  
 Ioachimus Bruerus 96  
 Ioannes Sibrandus 23  
 Ioannes Bunsoyus 24  
 Ioannes Neovinus 26  
 Ioannes Alvermanus 36  
 Ioannes Sagerus 41  
 Ioannes Veigelius 49  
 Ioannes Tucher 53  
 Ioannes Frederus 68  
 Ioannes Rosa 73  
 Ioannes Conovius 74

Ioannes Solfius 32  
 Ioannes Grothe 36  
 Ioannes Bunsoyus 91

L.

Leonhardus Huterius 68  
 Lucas Brouerius 49  
 Ludovicus Hunnius 93

M.

Matthias Gundermanus 48  
 Matthias Mmenius 103  
 Matthias Urbanus 101  
 Matthias Chemenitius 106  
 Margarita Bunsovia 17  
 Margarita Cychleriana 30  
 Margarita Rosillera 40  
 Martinus Coenradi 51  
 Michaël Cogelerus 52

N.

Nicolaus Bruenius 95  
 Nicolaus Masæus 103  
 Nicolaus Masenius 77

P.

Paulus Rutingius 99  
 Paulus Neovinus 51  
 Petrus Aurimontius 92  
 Petrus Haunoholdus 76  
 Petrus Tirræus 104

R.

Reinerus Brocmanus 27

S.

Sabellus Chemenitius 31  
 Samuel Drefemius 43  
 So.




Stephanus Ieffenius	65	Theodorus Drejerus	39
T.		Thomas Francius	14
Theodorus Bromsenius	39	V.	
Theodorus Glaserus	45	Valentinus Schachtius	13
		Sophia Stocmaniana	102




*Sumptibus Laurentij Albrechts, Civis  
ac Bibliopola Lubecensis.*












44/44

AB 44 <sup>11</sup>/<sub>K,4</sub>

ULB Halle  
002 680 319

3





AD CL. V. M. BARTHOLOMAEVUM  
BILOVIVM P. C. amicū suum singularem.



M. ALBERTI WICHGREVI  
Hamburgi P. L.

**CENTVRIA ANA,**  
GRAMMATISMORUM  
PRIMA,

Quorum Decades priores quinque,  
*Magnifico, Clarissimo, & Doctissimo viro, DN.*  
**IACOBO BORDINGO,**  
J. U. D. celeberrimo,  
*Illustrissimi Princ. Megapol: DN. DN.*  
**UDALRICI**  
CANCELLARIO vigilantissimo,  
Reipubl. Lubecensis  
CONSULI dignissimo.

Reliquæ verò quinque  
*Clarissimis & Doctissimis viris, DN.*  
**BARTHOLOMÆO CLINGIO,**  
& DN.  
**ERNESTO COTMANNO,**  
I. U. Doctoribus eximiis, dicti Principis  
Consiliariis fidelissimis, nec non Aca-  
demix Rostochiensis, publ. Pro-  
fessoribus egregiis,  
DICATÆ, CONSECRATÆ,

ROSTOCHI,  
Ex officina Reusneriana, Anno ∞ b. CII.

